A ☞ id est alieni a promissa gloria inueniãtur. Hoc enim opus est: vt induti corpore supinduant gloria: quæ est imuiatio in claritate. Grauati eo. corpore: qd' t̃n nolum⁹ morte nobis tolli, sed superindui.i. a deo vestiri stola imortalitatis: ita vt vita immortalitatis destuat mortalitatem: nõ vt superueniat: sed. a ¶Vt absorbeatur. Ita vt nusq; sit mortalitas. Non infra: nõ supra: non intra; non extra. Absorpta est eñ mors in victoria. ¶Augu. Grauati corpore. Et qa grauationis causa est non natura & substãtia corporis: sed ei⁹ corruptio, nolum⁹ expoliari corpore si fieri põt: sed ei⁹ imortalitate vestiri: qa & si a malis ad bona trãseam⁹: t̃n ipse trãsitus est amarus: & si corpus grauat aiam: & habet incitamẽta vitiorũ: nõ t̃n oia mala ex eo. Nec fuit ei⁹ corruptio p̄cti causa sed pœna. nõ fecit peccatricẽ aiam sed peccatrix aia eã carnẽ.s. corrumpit. Non est purus a vitijs diabolus: q nõ habet carnem. Nolumus expoliari. Ecce vox naturæ: ꝯfessio pœnę. graue est corpus & onerosum: & t̃n non libẽter deserit. Pius eñ mẽtis rõne dissolui cupit & esse cum xp̄o. Sẽsus aũt carnis refugit & recusat. b ¶Audẽtes. De⁹ facit velle facit & certos per sp̄m. & ideo audẽtes. c ¶Peregrinamur a dño. Qũo: cum alibi scriptũ sit. In ipso viuim⁹, mouemur & sum⁹. Quia & si vbiq; deus: nõ t̃n hic videt sicut in cœlis. Peregrinamur ergo non fide, sed specie. d ¶Per fidẽ eñ ambulam⁹. Qui peregrinat & per fidẽ ambulat, nõdũ est in patria: sed iam est in via. Sic ergo ambulem⁹ tãq; in via simus: qa ipse rex patrię factus est via. Rex patrię xp̄s est: & ibi veritas: hic autem via est. Quo imus ad xp̄m: Qua per xp̄m: Ipse ei ait: Ego sum via veritas & vita. Est ei illumiatio p fidẽ & illumiatio per speciẽ modo per fidẽ t̃m illuminamur: non per speciẽ. Homini eñ vitam agẽti adhuc mortalẽ nõ potest contingere, vt dimoto & discusso omni nubilo phantasiarũ corporaliũ secretissima incõmutabilis ỽitatis luce potiatur, & mẽte penit⁹ a cõsuetidine hui⁹ vitę alienata: cõstanter & indeclinabil̄r illi hereat. e ¶Vt referat vnusquisq;. etiã pueri: q si nõ per se, per alios gesserũt: dum per eos crediderũt vel non crediderũt: ꝟm quod iudicant: nõ ꝟm quod gesturi erant si diu viuerẽt. Dicit eñ prout gessit in corpore, nõ vt gesturus erat si viueret. Frustra ergo homo post hoc corpus sibi ꝑmittit quod hic in corpore cõparare neglexit. f ¶Propria corporis. Augu. Quia nullus meret nisi dum in corpore est. Quẽ sensum confirmat alia trãslatio: quæ ita habet: Vt referat vnusq sq; ꝟm ea quæ gessit per corpus. Per corpus quippe, nõ ꝙ omnia gerãtur motu corporis: sed per corp⁹.i. per tempus quo quisq; vixit in corpore. Hic enim omne meritũ cõparatur: quo possit post hanc vitã quispiã releuari vel grauari. Nam etiã ista quæ pro defunctis cõmendandis frequẽtat ecclesia, non oĩbus prosunt. Et quare non, nisi per differentiã vitæ: quam quisq; gessit in corpore. Quia etiam hoc meritũ sibi quisq; dum in corpore viueret, cõparauit: vt ei possint ista ꝑdesse. Cum ergo sacrificia, vel altaris vel quarũcũq; elemosynarũ pro baptizatis defunctis animabus offerũtur: pro valde bonis gratiarũ actiones sunt. Pro non valde malis propitiationes. Pro valde malis: & si nulla sint adiumẽta mortuorũ: qualescũq; viuorũ consolationes sunt. Quibus autem prosunt: vel ad hoc prosunt vt sit plena remissio. Vel certe vt tolerabilior fiat ipsa dãnatio. g ¶Suadem⁹. vt credant & ꝑuideant sibi: quia quorũdã prauiloquio dies dñi ☞ in dubium

1.Co.15.g B Act.7.f. Ioh.14.a

a ¶ne vltra possit mori.
a poliari, sed superuẽstiri: vt ãbsorbea a b
tur quod mortale est a vita. Qui autẽ c
a ¶vt velimus immortalitatem.
efficit nos in hõcipsum, de⁹ qui dedit d e
a ¶hui⁹ rei implẽdę. b ¶cõsueta audacia vtẽtes.
b nobis pignũs spirit⁹. Aũdẽtes igitur f
a ¶sumus. b ¶quod confirmat audaciã nostrã.
¶Quid scimus: illud.
semp ẽt sciẽtes: quõniã dum sum⁹ in g h
a ¶mortali. b ¶remoti sum⁹ speciẽ: t̃n in mente
c hoc corpõre perẽgrinamur a dño. Per i k
habentes ipsum per fidem. a ¶inuisibilium.
b ¶ad deum tendimus. c ¶per pręsentiã eorum.
fidẽm eñ ambulãmus: & nõn per spe l
a ¶sumus audentes & scientes hoc: audentes autem menre. ¶ab actu nõ quiescimus & si durum sit. b ¶opere. ¶nõ tristamur: nõ murmuramur in aduersis.
ciem. Audẽmus aũt: & bõnam volun m n
a ¶nos dico cupientes. b ¶remoueri.
tatem hãbemus magis peregrinãri a o
¶ꝗ hic morari. ¶apud. ¶quia illi volum⁹ adhe
corpore: & præsentes esse ad deum. Et p q
rere. a ¶omnib⁹ modis. b ¶vt tunc.
ideo contẽndimus siue ãbsentes: siue r s
a ¶vt tunc. ¶quãdo astabimus ei. b ¶vt hic & ibi placeamus. ¶Contendimus. Vel: Pręsentes illi erimus: & vere. ¶ideo dico pręsentes.
præsentẽs placere illi. Omnẽs enim t v
a ¶bonos & malos. b ¶iudicem xp̄m. x
nõs manifestari oportet ante tribunãl
a ¶a similitudine messorum. b ¶bon⁹ & mal⁹.
c christi: vt referãt vnusquisq; propria y
¶plus vel minus.
corporis prout gessit siue bonum
¶& quia ante tribunal.
siue malum. Scientes ergo timo z
¶ꝗ caste timendus est deus. ¶vt timeant.
grem domini hominibus suademus: a

❧ a ¶Sed superuestiri. indui gloriæ vestimẽto: non t̃n ita ꝙ mortalitas corporis maneat cũ gloria aiæ: qa hoc est impossibile nobis: sed i solo xp̄o factũ fuit p dispẽsationẽ dei ad op⁹ redẽptionis nr̃æ: iõ subdit: b ¶Vt absorbeat qd' mor. est vi.i. vt mortalitas p gloriã supueniẽtẽ tollat, corporis idẽtitate manẽte: qd' fiet in resurrectiõe: sed qa oportet mortẽ interuenire: quã refugit appetitus naturalis: ideo est ibi repugnãtia appetituũ. verũt̃n qa vterq; appetit⁹ est a deo: a quo est natura & gratia: ideo subdit: c ¶Qui autem efficit nos in hocip̄m.i. habẽtes vtrũq; appetitũ. d ¶De⁹ est. q dedit naturã ad quã talis inclinatio sequr: similiter & gr̃am per quam spiritussanct⁹ habitat in nobis. iõ sequtur: e ¶Qui didit no. pignus sp̄ũs. Est enim spiritussanctus pignus glorię ratiõe p̄dicta.s. ca. huius epistolæ. f ¶Audentes igit. Hic consequenter ostendit quis dictorũ appetituũ vincat in sanctis hoibus, dicẽs: Audentes igitur. id est absq; formidine mortis desideramus gloriam. g ¶Scientes. id est certitudinem habentes. h ¶Qm̃ dũ sumus in hoc corpore.s. mortali. i ¶Peregrinamur a dño. id est oportet nos eẽ separatos ab eo. k ¶Per fidem enim amb. id est enigmatib⁹ tantũ deum cognoscim⁹: l ¶Et non per speciem.i. clare, facie ad faciem. ꝑpter quod subdit. m ¶Audemus aũt. Circa quod sciendum, ꝙ ad fortitudinẽ politicam in periculis mortis sufficit non tristari irrationabiliter. sed fortitudo infusa nõ solum hoc facit: sed etiã facit aliquando in talibus delectari: Act. v. g. Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine iesu cõtumeliam pati: & hoc est qd' dicit apostol⁹: Audemus: sine trepidatione: n ¶Et bonam voluntatem habemus.i. delectationem in mente. o ¶Magis peregrinari a corpore. id est dissolutionem huius corporis per mortem subire. p ¶Et præsentes esse ad deum.i. vt per hoc habeamus claram dei visionem & perfectam fruitionem. & sic appetitus gratiæ vincit in sanctis appetitũ naturæ: Per hoc aũt, quod dicit apostolus hic, excludit error dicentium animas sanctas a corporibus exutas, a visione diuina retardari vsq; ad iudiciũ: quia dicit apostol⁹: Bonã volũtatẽ habemus magis peregrinari a corpore per mortẽ: & p̄sentes esse ad deum. Ex quo patet intentionẽ eius esse. ꝙ animæ sanctæ nihil habentes purgãdũ, exutæ corporibus, statim sunt deo præsentes per apertã visionem. q ¶Et ideo contendimus. Hic consequenter agit de præparatione ad hoc præmiũ cõsequendũ: quæ pręparatio triplex est. secunda ponitur ibi: Scientes ergo. tertia ibi: Itaq; nos. Prima autem pręparatio per hoc est, ꝙ homo quęrit placere deo: qui est dator hui⁹ præmij. & hoc est quod dicit: Et ideo.i. propter consecutionẽ gloriæ. r ¶Cõtendimus.i. cum quadam pugna resistim⁹, mũdi carnis & diaboli tẽtationib⁹. s ¶Siue præsentes siue absen. q.d. ad hoc incitamur: Siue absen.i. dũ sumus in præsenti vita. t ¶Siue præsentes: deo per gloriã: supple vt poterimus. v ¶Placere illi. p dictã resistentiã. Et subdit hui⁹ resistentię causam dicẽs: x ¶Omnes enim nos manifestari oportet ante tri. xp̄i.i. ante eius iudiciariam potestatem. Vnde tanguntur hic quinq; conditiones extremi iudicij.s. eius ineuitabilitas, ibi: Oportet nos. gñalitas, ibi: Omnes claritas, ibi: Manifestari: quia iudicium apparebit omnibus iustum singulis videntib⁹ oia bona & mala aliorum. iudiciaria potestas, ibi: Añ tribunal. iudicis sublimitas, ibi: Xp̄i: q.s. est verus homo & verus deus. y ¶Vt referat vnusquisq;.i. pœnã vel p̄miũ pro his quæ gesserit viuẽs in corpore. Nec per hoc excludunt a iudicio pueri: qui nihil in proprio corpore meruerunt vel demeruerunt: qa diudicabuntur ꝟm ea quę circa eos ab alijs sunt facta vel omissa: iq̃tũ sunt ab alijs baptizati vel non. z ¶Scientes. Hic ponitur secũda pręparatio ad pręmiũ: quæ est sollicitudo de salute proximorum. Et diuiditur in duas: qa prio ponit hæc sollicitudo. sc̄d'o sollicitudinis rõ, ibi: Charitas enim xp̄i. Circa primum dicit Apostolus: Scientes ergo timore domini.i. ꝙ valde timendus est dominus: qui omnes est iudicaturus: vt dictum est. a ¶Suademus hominibus. fidem & mores: quia vnicuiq; mãdauit dominus de ꝑxio: Ecci. xvij. b.

G Fortitudo duplex. D Erroris ꝯfutatio. Cõditiones quinq; extremi iudicij. Diuisio.

E ☞ in dubium venit: a ¶ Deo aũt ma.ſu.quia hoc prædicam⁹ qđ iubet deus. b ¶ Siue eñ mente.Q.De nobis vtiq; gloriari po teſtis:quia quicqd agimus,vel eſt honor dei,vel vtilitas ꝓximi. Siue excedimus.i.ſi nos cõmẽdamus:in quo putamur inſenſati. deo eſt.i.ad honorẽ dei:qui ſic nos exaltauit.Siue ſobrij:Vt non alta de nobis dicamus ad veſtrã vtilitatẽ.

Siue enim mente excedimus.vbi audiuit quod nõ licet homini loqui.Deo eſt. Non vobis qui nõ poteſtis capere.¶ Auguſti.Siue em̃ mẽte excedimus.Exceſſum mentis dicit:ꝙ mente eleuantur ad intelligenda cœleſtia. Extaſis verbum græcũ eſt,latine vno verbo exponi poteſt:ſi dicatur exceſſus.In exceſſu mentis duo intelligunt:vel pauor vel intẽtio ad ſuperna: ita vt quodãmodo a memoria labantur inferiora. In hoc mẽtis exceſſu fuerũt oẽs ſancti:quibus arcana dei mundum iſtum excedentia reuelata ſunt.de quo loquitur hic Paul⁹:Siue enim. Si ſuperbe putatur locut⁹:quod eſt quaſi inſania:dum ſe laudat verum dicens; dimittendum eſt deo: non ab homine temere iudicandũ.Si non iactanter:ſed ad gloriam audientium:corinthijs ꝓficit. c ¶ Siue,cum,ſobrij ſu. condeſcendẽdo. d ¶ Vobis.quia ſic loquimur vt capere poſſitis.Iſti ſunt angeli de quibus dominus ait in euangelio. Videbitis cœlum apertum:& angelos aſcendentes & deſcendẽtes:ſuper filium hominis.hos eoſdẽ angelos vidit iacob in ſcalis aſcendentes & deſcendẽtes. e ¶ Charitas eñ chriſti vrget nos.quia chriſtus charitate pro nobis mortuus eſt:tunc conſtat oẽs mortuos fuiſſe in adam:pro qbus mortuus eſt chriſtus:vt eos a morte liberaret. Quæ gratia ne inutilis ſit hoĩbus: apoſtoli vt eos illiciant neceſſario ſe laudant.per gloriam enim & meritum apoſtolorũ agnoſcitur gratia & beneficium chriſti. f ¶ Si vnus pro omnibus.id eſt ſi chriſtus pro omnibus q̃tũ ad ſe.& ſi nõ oĩbus profuit:ergo & omnes homines debent mori pro honore illi⁹.Et qa hoc eſt: g ¶ Qui viuunt. In corpore: non ſibi: ſed,voluntati dei.Quod debẽt: quia & ſi chriſtus vſq; ad mortem fuit infirmus,iniuriatus:iam poſt reſurrectionem nõ eſt: ſed apparet qđ eſſe videbatur. vnde: Cũ exaltaueritis filiũ hoĩs,tunc cognoſcetis: quia ego ſum. Vicẽ ergo ei reddant quaſi deo nõ homini ſolũ ꝓ eis paſſo. h ¶ Neminem no.i.laudamus. i ¶ Secundum carnem.i.ſua querẽtẽ,nõ quæ chriſti:tẽporalia,non æterna.Nec hoc debet facere aliquis:qa & ſi chriſtus fuit mortalis ſicut ego:per quod eum putaui hoĩem eſſe tm̃ dum eram infidelis:tamẽ iam eſt immortalis:& ita ſecuri ſumus de præmio.Si qs ergo in chriſto eſt renatus nouus:illi tam ſpe tranſijt mortalitas:& tranſibit: & dabitur noua ĩmortalitas.Vel,ſi qs nouus, vetus lex tranſijt illi:& nouam habet.Neminem no.ſm carnem. Vitam futuram ita certa ſpe tenet quaſi iam ſit præſens:quæ in chriſto ſurgente impleta eſt quæ non eſt ſm carnẽ:non quin in eadem carnis ſubſtantia:ſed nõ in eadẽ qualitate corruptionis:quæ nomine carnis ſignatur. k ¶ Et ſi cognouimus xp̄m ſm car.i.carnis mortalitatem ante reſurrectionẽ:ſed iam poſt nõ no.quia iam nõ moritur.Vnde ait:Ad patrem vado:& iam nõ videbitis me.i.nunq̃ vlterius.ſ.quod modo ſum.i.mortalis.Et iterum:Niſi abiero,paracletus nõ veniet.hoc eſt:nõ poteſtis capere ſpiritũ q̃diu ſm carnem me noſſe perſiſtitis.Et quia oẽs in xp̄o ſumus ſpe:& ſi nõ in re.Si qua ergo in xp̄o noua creatura,vetera tranſierũt. Innouatis fide tranſit ſpe mortalitas:& adeſt nouitas reſurrectionis. ¶ Et ſi cognouimus.Quia q̃uis dum infidelis intellexit chriſtũ in lege promiſſum eſſe ſm carnem:vt legalia obſeruaret & ſeruari præciperet:ſed tm̃ nõ iam poſt ꝯuerſionẽ nũc ita eſſe:ſed vmbra ceſſet. ☞ Vetera.

Ioha.1.g. — Gen.28.c — F — Ioh.8.d. — Ioh.7.e. — Ibi.16.b.

a ¶ i hoc.b ¶ approbati:qđ nõ pſeudo.c ¶ q̃tum in me eſt in quo nõ remanet. ¶ deo.
a deo aũtem manifeſti ſumus.Spe- a b
¶ etſi nõ cõfiteamini.
ro autem & in conſcientiis veſtris
a ¶ approbatos.¶ Nõ arrogãter hoc dicim⁹ ſicut nec pri⁹ cũ diceremus:nõ ſum⁹ ſicut plurimi &c. b ¶ ſicut nec prius.
manifeſtos nos eſſe.Nõ iterum c
a ¶ in his. b ¶ talia dicẽdo.
commendamus nos vobis:ſed oc- d
a ¶ materiã vel oportunitatẽ. b ¶ qđ vobis neceſſe eſt. c ¶ ꝯ pſeudo:qui p elationẽ gloriantur ſe ab illis doctos qui cũ dño fuerũt.
caſionem damus vobis gloriam-
a ¶ qa & ego apl's ſum vt hi:a qb⁹ ſe iactãt didiciſſe.b ¶ ꝙ poſſitis dicere.c ¶ rep̄mẽdos.
di pro nobis:vt habeatis ad eos e
a ¶ in ꝯſpectu hoĩm,vt hypocritæ.¶ i exterioribus,vt in circũciſiõe. b ¶ ſpiritualib⁹.
c ¶ vt ſuperbiã exprimant per cordis humilitatẽ.
qui in faciẽ gloriant:& nõ in cor- f g
litatẽ.a ¶ cõtẽplatiõe rõnis.b ¶ oĩa tpalia.
b de.Siue enim mente excedimus h
a ¶ ſoli q cognoſcit exceſſum nrm.¶ ad honorẽ dei eſt.b ¶ condeſcendendo.c ¶ ad veſtrã vtilitatẽ.d ¶ ꝓ vobis eſt totũ:Charitas ei vrget:vt oĩa ꝓ vobis faciam⁹.¶ amor quẽ
c d deo:ſiue ſobrii ſumus vobis.Cha- i k
e erga nos exhibuit condeſcendendo.
ritas enim chriſti vrget nos,æſti- l
a ¶ ſol⁹ ſufficiẽs ſine legalib⁹ oĩb⁹:vel iuſt⁹
f mãtes hoc:† quoniam ſi vnus pro
ſine peccato. ¶ alij.
omnib⁹ mortuus eſt:ergo omnes m
a ¶ in peccato.¶ vetuſtati per eum:nec alio egent ceſſet ergo lex.¶ etiam ideo.
mortui ſunt.Et pro omnibus mor-
a ¶ virtutibus.¶ per repromiſſionem.
g tuus eſt chriſtus:vt & qui viuunt:
a ¶ nõ virib⁹ ſuis:nõ ſuę volũtati puatę deputẽt.b ¶ ñ ĩ ſpe terrenoꝝ:ſed ĩ ſpe reſurrectiõis
iam nõ ſibi viuant:ſed ei q pro eis
viuãt.a ¶ vt morereť pctõ.b ¶ vt i nouitate
mortu⁹ eſt & reſurrexit.Itaq; nos n
ãbulem⁹. a ¶.i.amõ adeo certi ſum⁹ de glia æterna:vel de eadẽ reſurrectiõe.¶ tpe grǽ.
b ¶ eẽ viuẽtẽ. c ¶ q ſm carnales obſeruãtias
h i ex hoc neminẽ nouim⁹ ſm carnẽ.
viuat. ¶ mortalem
k Et ſi cognouim⁹ ſm carnẽ xp̄m ſed o p

G ✻ a ¶ Deo autẽ manifeſti ſu.qui videt corda:ꝙ talia nõ prædicam⁹ ꝓpter q̃ſtũ vel ꝓpriã laudẽ:ſed intẽtiõe recta. b ¶ Spero aũt & in con.veſtris ma.nos eſſe.q.d.ita cõuerſati ſum⁹ iter vos,ꝙ nõ poteſtis rationabiliter iudicare p̄dicationem noſtram ꝓcedere niſi ex cõſcientiæ puritate:Sed qa poſſet aliqs dicere ꝙ i hoc iactãter ſe cõmẽdaret.ideo hoc remouet dicens: c ¶ Non ite.cõ.nos vo.Et dicit iterum:qa iam ſupra dixerat aliqua quæ videbantur ad ſuam commendationem eſſe. d ¶ Sed occa.da.vo.glo.ꝓ.no.contra pſeudo apoſtolos qui dicebãt ſe doctos a petro,iacobo & iohanne:quaſi in hoc detrahentes apoſtoli doctrinæ: Poterant igiť corinthij cõtra eos gloriari ꝙ erunt edocti a doctore perfecto:& vſq; ad tertium cœlũ rapto. e ¶ Vt habeatis ad eos.ſcilicet pſeudo apoſtolos repellẽdos.de quibus ſubditur. f ¶ Qui in fa.glo.i.in apparentia ſanctitatis exterius. g ¶ Et nõ in cor.i.in puritate cõſciẽtiæ. h ¶ Siue enim men.exce.deo.per contemplationem diuinorũ ſupra nos,extaſim patiendo. i ¶ Siue.ſo.ſu.vos.nos humanæ conuerſationi conformando. Bria em̃ græce menſura diciť latine.Apoſtoli enim medij erant inter deum & populũ:& ideo eleuabanť aliqñ per exceſſum mentis,accipiendo diuinas illuminationes.& aliquãdo cõformabant ſe hoĩm fragilitati:vt conuenietius traderent eis diuina:ſicut Gen.xxviij.c.dř ꝙ ãgeli aſcẽdebant & deſcendebant in ſcala iacob. k ¶ Charitas enim.Hic poniť conſequenter huius ſollicitudinis ratio:que eſt charitas ad ꝓximũ.ideo dicit:Charitas em̃ xp̄i.quæ ſe extendit ad proximũ.j.Ioh.iiij.d.Hoc mandatũ habem⁹ a deo:vt qui diligit deum,diligat & fratrẽ ſuũ.Et vnde prouoceť hec charitas oſtendit,dicens: l ¶ Eſtimantes &c.mor.eſt.ſ.xp̄s pro ſalute oĩm,q̃tũ ad ſufficientiam.Et accipitur hic ſi,ꝓ qa:qa ita eſt.Ex quo cõcludit: m ¶ Ergo oẽs mor.ſunt &c.id eſt ita debent viuere ac ſi oẽs eſſent mortui ſibijpſis nihil de proprijs deſiderijs curãtes:& ſic viuũt chriſto,vitam propriã ordinãtes ad eius honorẽ.vnde dicit Apl's Gal.ij.a.Viuo iam non ego:viuit vo in me xp̄s. n ¶ Itaq; nos.Hic ponitur tertia p̄paratio ad præmiũ conſequẽdũ:que eſt abdicatio carnaliũ affectuũ:q̃ licet ſit aliqualiter tacta parte p̄cedẽti:tamẽ hoc tangiť pleni⁹.ideo cõtinuando ſe immediate p̄cedẽtibus dicit:Itaq; nos ex hoc neminem no.ſm car.i.cum nemine ſocietatẽ ꝯtraximus,moti carnali affectiõe.Sed qa poſſet aliqs obijcere ꝙ apoſtoli multũ dilexerunt xp̄m etiã ſm p̄ſentiã corporalẽ.ideo ſubdit apl's ĩ pſona apl'orũ q cũ xp̄o fuerũt corporaliter: o ¶ Et ſi co.ſm car.xp̄m.i.affecti eius præſentia corporali. p ¶ Sed nunc iam non no.illo.ſ.mõ,ſed meliori.vñ dixit apl's ſaluator Iohan.xvi.b.Expedit vobis vt ego vadã:ſubtrahẽdo vobis corporalẽ meã p̄ntiã.Qđ exponẽs Aug.dicit:ꝙ apl'i adhuc carnales exiſtẽtes afficiebanť ad xp̄m:ſicut hõ carnalis ad amicũ ſuũ.ꝓpter qđ impediebãť aſſurgere ad ſpũalẽ & ſublimiorẽ diligẽdi modũ.vñ dicit ibi ſaluator:Si eñ nõ abiero,paclet⁹ nõ veniet ad vos.¶ Notãdũ ꝙ mãichei negãs Ebion verã carnẽ in xp̄o fuiſſe:ex hoc loco ꝯfirmabat errorẽ ſuũ:qa dicit apl's:Et ſi cognouim⁹ ſm carnẽ xp̄m &c.qa ꝯ eũ arguebat ex vbo apl'i Ro.j.vbi dř de xp̄o:q fact⁹ eſt ei ex ſemĩe dauid ſm carnẽ.ergo verã carnẽ habuit.Ad qđ rñdebat di.ꝙ apl's primo fuit opiniõis illi⁹:& ſic loqť ſcribẽs ad romanos.ſed poſtea vidẽs huius opiniõis falſitatẽ retractauit hic eã di.Et ſi co.ſm car.xp̄m.i.ſi fuim⁹ aliqñ huius opinionis.ſ.ꝙ xp̄s haberet carnẽ ex ſemine dauid.Sed nunc iam non nouimus.i.hanc opinionẽ tanq̃ falſam mutauimus.Sed hoc dictũ manichæi improbat Aug.dupliciter ✻ Primo

H

☞ a ¶ Vetera.Oĩno vetus teſtm̃,& oĩa ad veterẽ hoĩem pertinentia. b ¶ Noua.Venerũt nouum teſtamentum & oĩa noui hoĩs. Vetera.vt error idolatriæ:& veritas vni⁹ dei ſucceſſit. c ¶ De⁹ erat in xp̄o.Per hoc intelligiť pater eſſe in filio:& filius in patre: qa vna eſt eoꝝ ſubſtãtia.ibi eſt vnitas,vbi nulla diuerſitas:& iõ alter in altero eſt:qa & imago & ſilitudo eoꝝ vna eſt. d ¶ Reconci.Recõciliamur cõfitẽdo pctã,& pœnitẽdo ei q nos ſibi recõciliat:& debetis & poteſtis. e ¶ Pro no. pctm̃ fe.Vſus eſt vete.teſt.pctã dici ſacrificia pro pctĩs.Vel,pctm̃ dř ſilitudo carnis pcti.Vñ dř:de pctõ deleuit vel damnauit pctm̃.i.de ſilitudine carnis pcti:qa miſit deus filiũ ſuũ in ſilitudinẽ carnis pcti.Ita etiã maledictũ ꝓ morte accipiť q̃ de maledicto dei venit:vt vere dictũ in lege intelligatur:Maledictus oĩs q pendet in ligno. Quid eſt qđ ait:maledictus.i.terra es:in terrã ibis.Quid eſt qđ dicit:oĩs:qa & xp̄s q pepẽdit in ligno,cũ eſſet vera vita:mortuus eſt vera morte nõ ficta. f ¶ Vt nos eſſe.iuſti.dei.i.vt iuſtificaremur a deo:qa ex deo tm̃ eſt oĩs cõſummatio.Attẽde ꝙ ſicut cũ legiť:Dñi eſt ſalus:nõ ea ſalus intelligitur qua dñs ſalus eſt:ſed qua ſalui ſunt qs ipſe ſaluat ſic cũ legiť,dei iuſticia:nõ eſt illa intelligẽda q̃ de⁹ iuſt⁹ eſt:ſed qua iuſti ſunt hoĩes qs grã ſua iuſtificat. Ca.VI.

Diu.&c.Seqť: g ¶ Ne in va.&c.Gra dei eſt remiſſio pctõꝝ:quã in vanũ recipit,q nõ poſt ſe exercet in bonis:vel q in legalib⁹ ꝯfidit. h ¶ Nũc.Quod nõ in lege veteri:vel nũc,nõ cras:nõ poſt annũ:qa ſtatim in obitu fidelis ſalus dať. ☞ Vt nõ

Rom.8.a — Deut.21 — Gal.3.d.

NICO.DE LY.

B ✻ Primo ꝙ res falſa non põt cognoſci: & ideo ſi apl's illã opinionẽ falſam reputaret:nõ diceret:Cognouim⁹ ſm carnẽ chriſtum.Scđo:qa dicit añ immediate:Neminẽ nouim⁹ ſm carnẽ.ꝓpter qđ ad eũdẽ ſenſum debet referri:& ſic apl's nullũ hoĩem cognouiſſet hř verã carnẽ:qđ eſt falſũ:iõ ſtãdũ eſt expoſitiõi primę ex q̃ ꝯcludiť qđ ſubdiť: a ¶ Si qua er.in xp̄o no.cre.eſt. Et accipiť ſi ꝓ qa:qa qcũq; baptizatus in xp̄o fact⁹ eſt noua creatura p grãm baptiſmalẽ quæ dať p creationẽ. b ¶ Vetera tran.i.affectus carnales debẽt in eo abijci. c ¶ Et ecce fa.ſunt no.oĩa.p ſpm̃ ſctm̃ mentẽ renouãtẽ:& p ꝯñs exteriorẽ actionem. d ¶ Oĩa aũt.Poſtq̃ apl's egit de p̄mio & de p̄paratione ad ipſum:hic ꝯñr agit de cauſa vtriuſq;.Et primo proponit intentũ.ſcđo declarat ꝓpoſitũ,ibi:Quoniã quidẽ.Circa primũ dicit ꝙ cauſa effectiua vtriuſq;.ſ.præmij & p̄parationis ad ipſum,eſt ipſe de⁹:miniſtri vo eccl'ię ſolũ coopanť miniſterialr exteri⁹ & hoc eſt qđ dř:Oĩa aũt ex deo.ſ.p̄mij & p̄patiõis. e ¶ Qui nos recon.ſibi per xp̄m.hoc beneficiũ cõe eſt oĩbus xp̄ianis. f ¶ Et dedit nobis mi.recon.i.officiũ p̄dicãdi hãc reconciliationẽ:qđ eſt ſpeciale miniſtris eccleſiæ. g ¶ Qm̃ quidẽ.Hic ꝯñr ponit propoſiti declarationẽ.& ſcđo ſubdit bonam exhortationẽ,ibi:Obſecram⁹.Circa primũ primo declarat qđ dictũ eſt de recõciliatione facta p xp̄m.Erat em̃ de⁹ & hõ in vno ſuppoſito:& ſic de⁹ hanc recõciliationẽ fecit per humanitẽ tanq̃ per inſtrumentũ ſibi coniunctũ:qđ nulli alteri ꝯuenit:& hoc eſt qđ dicit:Qm̃ quidẽ deus &c.nõ ſolũ p eſſentiã,p̄ntiã & potẽtiã:ſicut eſt ĩ alijs:ſed hũanitatis aſſumptionẽ. h ¶ Mũdum re.dicto mõ. i ¶ Non re.il.de.ip.pro qbus xp̄s hõ ſatiſfecit.Conſequenter declarat beneficiũ miniſtris eccleſiæ ſpecialiter datum,dicens:

a ¶ poſtq̃ veritas venit.b ¶ Et qa xp̄s iã non
nũc iam nõ nouimus.Si qua ergo a
eſt ſm carnem.a ¶ nouus renatus vt vos.
b ¶ carnalis obſeruantia & voluptas carnis.
a in chriſto noua creatura eſt,vete- b
a ¶ omnes noui qui in chriſto.
b ra tranſierũt:† ecce facta ſunt noua c
a ¶ in chriſto:tamen.b ¶ patre. c ¶ pater.
oĩa.Omnia aũt ex deo qui nos re- d e
a ¶ incarnatum verbum.
conciliauit ſibi per chriſtum:& de f
a ¶ vicarijs apl'is:quod non pſeudo.
dit nobis miniſteriũ reconciliatio
a ¶ deus p xp̄m. b ¶ pr̃.¶ q nihil non põt.
c nis.Quoniã qdẽ deus erat in chri g
a ¶ ergo ponit xp̄s recõciliare:qa deus erat in eo.vñ:Pr̃ in me eſt,& ego in ip. b ¶ electos de mundo.c ¶ hoc mõ recõciliãs. d ¶ nõ puniẽs æternalr. a ¶ tam originalia q̃ actualia.
ſto mũdum recõcilians ſibi:non re- h i
b ¶ Hoc mõ dedit nobis deus miniſteriũ qa.
putans illis delicta ipſorũ:& poſuit k
a ¶ prædicationẽ fidei. ¶ prædicande.
in nobis verbum recõciliationis.
¶ vice xp̄i qui fuit legatus dei vel pro xp̄o.i.
Pro xp̄o ergo legatione fungimur l
pro honore xp̄i.a ¶ & ideo obſecramus.
b ¶ vos.c ¶ qa vere in nobis loquitur.
tanquam deo exhortante per nos. m n
a ¶ pro amore xp̄i obſecra.Vel,vice xp̄i obſecra.reconcili.
d Obſecramus ergo pro xp̄o recõci- o p
a ¶ chriſtum.b ¶ debetis & poteſtis. q
liamini deo.† Eum em̃ qui non no r
a ¶ per experientiã:& ſi per ſciam. b ¶ hoſtiã
e uerat peccatum,pro nobis pecca- s
pro peccatis:vel pctõrẽ putari in pœna.
¶ mortalẽ.a ¶ deus pater.
f tum fecit:vt nos efficeremur iuſti- t
a ¶ non mõ iuſti:ſed per quos alij iuſti ſint.
b ¶ non noſtra. c ¶ per ipſum chriſtum.
cia dei in ipſo. Ca.VI. v
¶ chriſtus redemit nos & reconciliauit:nos autem adiuuantes vos vel chriſtum.
ADiuuantes autem exhor x
g tamus,ne in vacuum gra- y
a ¶ remiſſionẽ pctõꝝ.¶ quam recæpiſtis.
b ¶ eſt ne grã:vtiq;.¶ in Eſaia.
tiam dei recipiatis:Ait enim:† Te- z a
¶ grǽ.a ¶ mihi vel hoĩb⁹.b ¶ orãtẽ ꝓ pctis.
pore accæpto exaudiui te:& in b c
a ¶ qñ lux nata eſt. b ¶ vel auxiliat⁹ ſum tui.
¶ de aſſecutione virtutũ & pſeuerẽtia bonorum operum. c ¶ exponit ꝓphetiã.
h die ſalutis adiuui te.Ecce nunc d e
a ¶ q̃ morbis mortalib⁹ ſalubris medicina ĩfunditur.b ¶ alijs verbis idem replicat.
tempus accæptabile:ecce nunc

k ¶ Et po.in no.ver.re.alijs prædicandum:Mar.vlti.d.Euntes in mũdũ vniuerſum p̄dicate euãgeliũ oĩ creaturæ.ꝓpter qđ cõcludit: l ¶ Pro chri.ergo le.fungi.in q̃tũ miſſi ſumus ad p̄dicãdũ euãgeliũ xp̄i. m ¶ Tãquã deo ex.i.principalr agente. n ¶ Per nos,ſicut per miniſtros. o ¶ Obſecramus. Hic ponit vtilem monitionem,di.Obſecra.i.deuote exhortamur. p ¶ Pro chriſto.id eſt loco chriſti cuius ſum⁹ miniſtri. q ¶ Reconciliamini deo.Licet enim recõciliauerit nos per paſſionẽ chriſti:vt dictum eſt.tm̃ ad hoc ꝙ ſimus ꝑticipes huius reconciliationis requiriť in nobis debita diſpoſitio p baptiſmi debitam ſuſcæptionẽ:& poſt baptiſmũ p pniam:q̃ eſt ſecũda tabula poſt naufragiũ.Et ad hoc ꝓponit inductiuum,dicens: r ¶ Eũ qui non no. pctm̃.i.chriſtũ qui pctm̃ non fecit.j.Pet.ij.d. s ¶ Pro no.pec.&c.i.deus pater fecit ꝓ nobis eũ hoſtiã pro pctõ:quæ vocať pctm̃ in ſcriptura:Oſee.iiij.b.Peccata populi mei comedent.i.hoſtias pro pctõ oblatas. t ¶ Vt nos ef.iu.&c.i.perfecte iuſtificati.ideo dicitur iuſticia in abſtracto. v ¶ In ipſo.i.per ip̄m.q.d.hoc debet nos inducere ad exhibẽdum corpa nr̃a hoſtiã pro pctis nr̃is per opa pniæ.

¶ In ca.v.vbi dř in poſtil.Siue abſentes.i.dum ſumus in p̄ſenti vita.

ADDITIO.I. Hoc qđ dř hic:Siue abſentes ſiue p̄ntes vř exponẽdũ ſic:oĩb⁹ modis cõtẽdim⁹ placere illi.ſ.deo:ſiue abſentes.ſ.ab vltio p̄mio ſiue p̄ntes,quo ei aſtabim⁹ elaboramus em̃ vt hic:& ibi placeamus illi:& ſic expedit.Nã oẽs manifeſtari oportet &c.

¶ In eo.cap.vbi dř in poſtil.Pro nobis peccatum fecit deus.

ADDITIO.II. Per hoc qđ dicit.Pro nobis pctm̃ fecit deus:põt ĩtelligi ſilitudo carnis pcti:qa miſit deus fi.ſuũ in ſilitu.car.pec.Sicr dř mortu⁹ eſt pctõ.i.ſilitudine carnis mortalitatẽ exutus eſt.Et eſt ſenſus:Fecit eũ.i.mortalẽ.Hæc in glo. Ca.VI.

ADiuuantes autem exhorta. Poſtq̃ apl's commendauit miniſterium noui teſtamẽti.Hic ꝯñr hortatur alios ad executionem debitã huius miniſterij.Et diuiditur in duas partes:quia primo ponit exhortationem generalẽ.ſcđo,ſpecialẽ de quodã ſpeciali ſuffragio fiẽdo in hierl'm.ca.viij. Prima adhuc in duas:qa primo hortať ad bona fienda in futuro.ſcđo cõmendat bona facta de p̄terito ca.ſeq.Prima in duas. qa p'io hortať in quodã generali.ſcđo explicat magis in ſpeciali,ibi:In multa patientia.Circa primũ dicit: x ¶ Adiuuantes autem exhorta.q.d.quia ſumus adiutores dei:non virtutem ſibi tribuẽdo,ſed ſicut miniſtri eius mandata exequẽdo:& ideo exhortamur. y ¶ Ne in vacuũ gratiam dei reci.que datur ad bñ viuendũ in p̄ſenti:& ad cõſequendũ gloriã in futuro. ꝓpter qđ hunc effectum nõ cõſequiť ſi in vacuũ recipiť:ſicut medicina ad quã ſanitas non ſequiť.Sed qa poſſet aliqs dicere: Recipere grãm nõ eſt in mea ptãte.iõ hoc remouet,oſtendẽs ꝙ deus paratus eſt dare auctoritate ſcripturę di. z ¶ Ait enim.ſ. deus:Eſa.xlix. a ¶ Tpe accæ.i.tpe nouę legis:qđ eſt tp̄s grǽ. b ¶ Exaudi.te.qa orõnes fideliũ exaudibiles ſunt per xp̄m. c ¶ Et in die ſa.i.tpe xp̄i,qui operat⁹ eſt ſalutem in medio terræ. d ¶ Adiuui te.opera tua perficiendo & ad gloriam perducendo:ad quã nõ intrabant tpe veteris teſtamenti. e ¶ Ecce nunc tp̄s accæpta.&c.Hoc dicit apl'us applicando auctoritatem eſaiæ ad chriſti tempus.Et patet ex dictis ſententia.

C — †Eſa.43 c. — Apo.21 b. — D — †De pœ.dis.2.c.ſi em.§.vñ dauid. — Diuiſio. — †Eſa.49 c.

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶Vt non vituperetur. Quod vtiq; si qđ verbo docerem⁹ operis exẽplo non exhiberemus. b ¶Sicut dei mi. Qui nõ adulantur: vt pseudo studentes lucro. c ¶In multa patiẽtia: in tribu. &c. Et in tot duris, leue est onus christi: & reges intus spũsancto viuificãte & spe futuri omnia mitigante omnia eẽ sæua & immania facilia & ꝑpe nulla facit amor. Et ſm hoc intellige qđ dr: Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati estis: & e.re.v. Et iterum: Tollite iugũ meum sup vos: & inuenietis requiẽ a.v. Iugũ eẽ meũ suaue est &c. d ¶In castꝫ. habita. in scien. vt caste sciant: nihil adulterinæ opinionis admisceant. e ¶In suauita. habita. in spiritu sancto. vt ſm deũ suaues & affabiles: non vt illi q per dulces sermones seducũt corda innocentum. f ¶In charitate non ficta. Ficta est quæ deserit in aduersitate.

g ¶In virtutem dei. Non speremus in hoie vel in bonis: si quid boni est, deo attribuamus vel q ꝑdicta habet, miracula facit ad cõuersionẽ infideliũ. h ¶Per gloriam & ignio. Exhibeam⁹ nos vt mi. dei. Per gloriã. Si gloriosi sumus apud homines: vel ignobiles & contempti: vt nec in de inflemur: nec inde succũbamus vel doleamus. Eodẽ mõ si infamamur de aliquo scelere, vel bonã famã habem⁹ de aliquo opere. Item exhibeamus nos deo habiti.

e ¶Vt seducto. apud quosdã: qđ falsum est. Et nõ dicit simpliciter, habiti seductores: sed addit: vt & ide est infamia. Et apud alios habiti, k ¶Veraces. vt. Q. Quod verum est: vt nec bona ęstimatione superbiamus: nec mala doleamus. Item habiti apud alios: l ¶Vt castꝫ. i. p verba a prædicatione coercitꝫ. Apud alios non castigati: qđ esset mortificatos esset. Ideoq; pro eo ponit & non sumus mortificati: qa nõ vincebant: nõ cedebant. Mortificat enim qui in fidei cõfessione nõ ꝑmanet. Vel de morte tpali põt intelligi. Facti sum⁹ vt castigati: qa ꝑmisit eos deus ꝑ suis exerceri vt merito cresceret. Et nõ mortificati: qa nõ permittit deus corpaliter occidi: & si multi martyres occidũtur, non morit ecclia. sed aduersis emendat. Itẽ habiti nõ solum egẽtes sed sibi insufficiẽtes. Vt sedu. Sicut q ig. &c. Nota qđ sũa addivel vt, vel q̃si vel sicut, vel tãq̃. Hæc sicut in somnis trãsferunt: sed cõtraria sine quasi, ponunt: qa certa. m ¶Quasi tri. Inimici putabant eos non euadere minas iniquor̃: ipsi opere dei tuti sunt a morte præsenti & futura.

☞ Oia pos-

NICO. DE LY.

☞ a ¶Nemini dantes vllã of. i. scandalum ex dictis vel factis minus rectis.

b ¶Vt non vituperet mini. nostrũ. qa mala subditor̃ redundãt in vituperiũ prælator̃. c ¶Sed in oibus. s. ptinẽtibus ad salutẽ. d ¶Exhibeamus nosmetipsos sicut dei mi. ipsi xpo nos quantum possumus cõformãdo. e ¶In multa patiẽtia. Hic ꝓ̃r explicat suam exhortationem in spãli. Et diuidit in tres: qa prio declarat qualiter sit vtendũ gra collata in exteriori cõuersatiõe. scd'o in interiori deuotiõe, ibi: Nolite iugũ &c. Circa primũ tria facit ſm q̃ in tribus sãa cõuersatione ꝓsistit. Primũ est tolerãtia malor̃. scd'm, opatio bonor̃, ibi: In castitate. tertiũ est opatio istor̃ & illor̃, ibi: Per arma. Circa primũ sciẽdũ q̃ in malis pœnę tolerãdis. prio patientia est necessaria. iõ dicit. In multa patia. & dicit multa, propter multitudinẽ malor̃ superueniẽtiũ. f ¶In tribu. ex aduersis vitæ. h ¶In angustijs. ex euadendi difficultate seu impossibili tate. i ¶In plagis. nobis illatis in corpe. ne possemus ad prædicandũ discurrere.

Mat.u.d. Ibidem.

a ¶adeo solliciti sum⁹ circa salutẽ egrorum. ¶exhortamur: vel ne recipiatis in vanũ dies salutis. Nẽmini dantes vllam a co. a ¶verbo vel exẽplo. b ¶qđ vtiq; si nos hoc faceremus. c ¶& per vos.

a offensionẽ: ut non vituperet mini⁄b ¶apłatus. ¶vos vt ego. ¶offeramus deo.

sterium nim. † Sed i oib⁹ exhibeam⁹ c a ¶& si nõ oẽs ministri. b ¶vt nec parũ mo- d nos metipos sicut dei mistrõs: i mũl e ueamur. a ¶habita. ¶ꝑ ptes exequit. b ¶afflita patiẽtia: in tribulationib⁹: in ne f ctionibus. a ¶victus & vestitus. b ¶animi cura & timore. c ¶in verberibus.

cẽfitatibus: in angustiis in plagis h a ¶vinculis. b ¶cõmotiõib⁹ ꝑpli ꝓ se. c ¶ga apłs mãib⁹ opabãt ne cui grauis eẽt. ¶operę. in carceribꝫ: i seditionib⁹: in labo⁄k a ¶nocte laborãdo. b ¶coactis vł spõraneis. m c ¶mentis & corporis.

d ribus: in ũigiliis: i ieiuniis: i castita l a ¶scripturar̃: vel quõ inter iniquos conuer p sandum sit. b ¶expectationis.

e te: in scientia: in longanimitate: in q a ¶blandicijs. b ¶ga oia sincere facere debe- s mus: vt ſm deum suaues & affabiles.

f suauitate: in spiritu sancto. In cha- t ¶sicut pseudo simulãt vt decipiãt ꝑdicando ritate non ficta: in verbo veritatis: v vel loquẽdo. a ¶miraculis. b ¶exhibeamus nos muniti p iustitiã q̃ loco armor̃ munit gin virtute dei. † Per arma iustitiæ y nos. a ¶ne, ꝓsperis extollam⁹. ¶ne aduersis h a dextris & a sinistris. Per glori⁄z srãgamur. a ¶euãgeliꝫ. ¶hæ sunt ptes, ꝓsper̃: vel aduersor̃. b ¶vt nõ pudeat nos ꝑdi- am & ignobilitatem: per infamiam b care quod quidam horrẽt. a ¶vnde infamia. i & bonam famam. Vt seducto⁄c a ¶vt bona fama. ¶apud alios. b ¶habiti. c ¶a deo reprobati.

k res & veraces: sicut qui ignoti & d a ¶a deo, ꝓbati. b ¶de vitio in vitiũ ruẽtes. f cogniti. Quasi morientes: & ecce g a ¶ſm alios in⁹tuitibus. ¶bonis opib⁹ apud alior̃ opinionẽ. b ¶vt putarenẽ cedere a ꝑdi catione, & non cedebant.

l viuimus: vt castigati & nõ mortifi⁄i a ¶iterũ habiti. ¶qa non vere. b ¶de tribula. c ¶eramus. d ¶vere. e ¶qa tristicia gau mcati. Quasi tristes, semper autem gau⁄k dium operat. a ¶habiti. b ¶veris bonis & spũalibus. ¶in terrenis egestatẽ patientes. dentes. Sicut ẽgentes: multos autẽ h

Diuisio.

senti est iocunditas: & quantum ad hoc dicit: k ¶Quasi tri stes, semper autem gaudentes. id est cũuis in his quæ pertinent ad carnem patiamur afflictionem: tamen per spiritum maiorem consequimur mentis consolationem: ſm illud Act. v. Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine iesu contumeliam pati. l ¶Sicut egentes. Hic consequenter ponit ea quæ pertinent ad concupiscentiam oculorum. Sicut egentes. id est victum & vestitum ab aliis mendicantes. m ¶Multos autem locupletantes. id est bona spiritualia ipsis communicantes: quæ tanto sunt meliora, quanto quæ sunt animæ corporalibus præferuntur.

☞ Tanq̃ nihil

a ¶Oia possident. Qui terrenas diuitias abijciẽtes, cœlestes per fidem iam tenẽt: quasi nihil habẽtes oia possident: qui terrenis in vsum vel opus miæ retentis, cœlestes se q̃ꝫ habituros sperant. Gloria apłor̃ fuit, nihil omnino possidere: sine sollicitudine esse & tam res q̃ꝫ dños eas ꝓ possidere: qa oia ad pedes eorum ponebant

leratis. p ¶In castꝫ. a. Hic ꝓ̃r ponit ea quæ pertinẽt ad operationẽ bonorum in quibus prio sunt q̃ ptinẽt ad opationẽ corporis: & cẽtũ ad hoc dicit: In castitate. quæ dicit puritatẽ mẽtis redundantẽ in corpe. q ¶In scia. cẽtum ad cognitionem diuinorũ & humanor̃ ad salutẽ necessarior̃. r ¶In longanimitate. patienter expectando diuina promissa. s ¶In suauitate. quæ facit hoiem dulcẽ & suauẽ. ꝓximo verbo & facto ex gra abundantia. iõ subdit: t ¶In spũsancto. in cha. non ficta. contra hypocritas. Consequẽter tangit perfectionem oris, di. v ¶In verbo veri. prædicando & cũ hoib⁹ cõiter loquẽdo & perfectionẽ operis: x ¶In virtute dei. opera merito faciendo: & doctrinam miraculis cõfirmando. y ¶Per arma. Hic ꝓ̃r ostendit qualiter vtendũ sit gra diuinitus collata in comparatione bonor̃ & malor̃. d. inter huius mundi ꝓspera & aduersa nõ deuiare a rectitudine. Prospera autem & aduersa tria respiciunt. s. superbiã vitæ: cõcupiscentiam carnis: & cõcupiscentia oculor̃. ideo ostẽdit, ꝓpositũ prio in prio. scd'o in scd'o, ibi: Quasi morientes. tertio in tertio, ibi: Quasi egentes. Oẽia ista ꝑtinent ad veritatem iustitiæ cõmuniter accꝑpta. ideo dicit: Per arma iustitiæ a dextris. i. ne in prosperis per superbiam eleuemur. z ¶Et a sinistris. vt in aduersis a virtute non deiciamur: & similiter intelligendũ est in sequentibus, cum dicitur: a ¶Per gloriam & ignobilitatem. Aliqñ apostoli fuerunt ab hoibus reputati valde gloriosi: sicut dicit Act. xiiij. c. ꝙ hi caonitæ paulo & barnabæ volebant tanq̃ dñs sacrificare. Et alibi incarcerati fuerunt vt vi- les & abiecti: sicut pater ex eodem libro. b ¶Per infamiam & bonam famam. ga ab aliquibus dicebantur magi & deceptores: & ab alijs veritatis prædicatores. & ad idem pertinet quod subditur: c ¶Vt seductores. reputati sumus a multis. d ¶Et veraces. ab alijs. e ¶Sicut qui ignoti. id est reprobati a malis. f ¶Et cogniti. id est approbati a bonis: & tamen in istis prosperis & aduersis fic apostoli se habuerunt, ꝙ nõ recedebant a virtute per superbiam eleuati: nec per pusillanimitatem dejecti. g ¶Quasi morientes. Hic contequenter ponit ea quæ pertinent ad concupiscentiam carnis: & sunt tria. Primũ est vita, quæ maxime cõcupiscitur: & cẽtum ad hoc dicit: Quasi morientes. Secundum est mortis expositi. h ¶Et ecce viuimus. deo per fidem & gratiam iustificati. Secundum est incolumitas vitæ. Et cẽtum ad hoc dicit: i ¶Vt castigati & non mortificati. quasi dicat licet a deo per flagella castigemur: tamen a morte per eum eripimur. Tertium, quod concupiscitur in vita pręsenti est ꝓ̃ra. & quantum ad hoc dicit: k ¶Quasi tristes. quasi dicat licet a deo per flagella castigemur: tamen a morte per eum eripimur. Tertium, quod concupiscitur in vita pręsenti est ꝓ̃ra. & quantum ad hoc dicit: k ¶Quasi tristes, semper autem gaudentes. id est cũuis in his quæ pertinent ad carnem patiamur afflictionem: tamen per spiritum maiorem consequimur mentis consolationem: ſm illud Act. v. Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine iesu contumeliam pati. l ¶Sicut egentes. Hic consequenter ponit ea quæ pertinent ad concupiscentiam oculorum. Sicut egentes. id est victum & vestitum ab alijs mendicantes. m ¶Multos autem locupletantes. id est bona spiritualia ipsis communicantes: quæ tanto sunt meliora, quanto quæ sunt animæ corporalibus præferuntur.

a ¶eramus. ¶spũalibus diuitijs. b ¶habiti sumus nõ solum egentes: sed etiã. c ¶poenitus. ¶spũalis boni vel terreni.

locupletantes: tanq̃ nihil hãben⁄a a ¶no solũ spũalia. ¶& etiã tpalia: qa deum timẽtibus nihil deest. b ¶sumus. c ¶libere ex tes, & oẽia possidentes. Os nostrũ b conscientia loquitur.

a ¶in oib⁹ ꝑdictis. b ¶mẽs nra. ¶& iõ hoc fecit: qa mẽs est plena diuitijs: nec erubescit dicere qđ si se habet: & iõ si q̃s angustias & inopiam scię vel boni opis habetis: nõ hoca nobis habetis vt vos putatis q pseudo ꝓfertis: sed qa dura corda habetis ad intelligendũ & pãtet ad vos a corinthii: cõr nostrũ d complendũ. ¶angustias patimini.

dilatatum est: Non angustiamini i e nobis: angustiamini aũt in visceri f ¶quam nos.

bus vris. Eãdem autẽ habentes re⁄g ¶o si dilatati sueritis.

munerationem: tanq̃ filii dico: di⁄h a ¶abũdantia scię & virtutũ, & spe futuri. b ¶socij esse malor̃. c ¶i. serui fieri libertate c latamini & vos. Nolite iugum du⁄k amissa: cũ his infidelib⁹ q̃ ꝑdicit carnales ob cere cũ infidelib⁹. † Quæ em ꝑtici⁄l seruantias, si iã susceꝑistis iugũ legis nolite vltra ducere. ¶Q. Nulla.

cipatio iusticiæ cum iniqtate: aut m ¶& qa vos lux: illi tenebræ per ignorantiã.

quæ societas luci ad tenebras? n a ¶Et qa vos mẽbra xpi: illi diaboli. Christ⁹ & diabolus nõ cõueniunt. b ¶qui se mentit deum. ¶interpretatur apostata.

d Quæ aũt cõuẽtio christi ad beliãl? p a ¶& vos fideles: illi quasi infideles.

Aut q̃ pars fideli cũ infideli? Qui q a ¶& vos estis templũ in quo est spũssanc⁹: s & ipsi sunt in quibus habitat diabolus.

e aũt cõsensus tẽplo dei cum idolis? r a ¶qui vos viuere facit.

†Vos em estis tẽplũ dei viui: sicut v ¶in ezechiele. a ¶per gram in illis. ¶excolã

f dicit de⁹ † qm̃ inhabitabo in illis: x puros faciã. a ¶& promouebo de virtute in virtutẽ: & ꝓfecturanter, ꝓficere faciã. ¶in cor de eorum lato per charitatem.

& ambulabo inter eos: & ero illorũ y a ¶ita bñfaciã vt videat deus eor̃. b ¶ita obedient vt videanẽ mei & nõ mundi. c ¶qa tẽ

g dẽ⁹: & ipi erũt mihi ppl's. † Propter z plũ dei estis. a ¶nõ corpaliter, sed spũaliter vt non taceatis: sed increpatis scelera eorum. b ¶q estis in medio nequitię eor̃. c ¶cũ exijs separate vos vt nec cõsensum habeatis.

quod ẽxite de mẽdio eorũ: sepãra⁄a a ¶carnalis obseruãtiæ. b ¶ne tactus sit. i. delectatio, quod est primus motus.

mini dicit dñs: & imũndũ ne tẽtige c

Diuisio. Deinde ꝓmittit deus quod dilectis promittere consueuit: & primo ponit promissionem: secundo subiungit promissionis effectum, ibi: Et separabimini. Tertio ponit promissionis confirmationem, ibi: Et immundum. Circa primum tria facit ꝓ̃ma ponit promissionem: secunda ponit promissionis exhortationem, ibi: Mundemus. Tertia ponit promissionis ampliationem, ibi: Accipite nos

Universidad de Deusto Biblioteca

E ☞ habitabāt quos increpabāt: vnū tēplū cū eis intrabant: eadē sacra celebrabāt: hoc est exire: ore nō parcere, sed redarguere: corripere: monere. Hoc est immūdū nō tāgere: volūtate nō ꝯsentire. Maius malū in separatiōe bonoꝝ cōmittim⁹ ꝙ̄ in maloꝝ cōmixtione fugimus. i. dū corporalr̄ sepamus nos a bonis ꝓpter malos, ꝙ̄ fugimus: in cōiunctione maloꝝ nō remanentes. i. ꝗ̄ sit illud qđ fugim⁹ fugiēdo ꝯiūctionē maloꝝ. Spūalr̄ ergo qsꝗ recedat a malis: tali nō imputat deus sua pc̄tā: qa nō fecit aliena nō: qa nō approbauit nec neglegentiā: qa nō tacuit nō supbiā: qa in vnitate ꝑmāsit. Vel separamini. i. seorsum sitis pati ꝯ eos sicut pri⁹ ꝑ eis. Hoc ad lr̄am dictū est iudæis habitātibus in babylone.

As igitur &c. Ca. VII. Sequitur: Vel. a ¶ Ab omni inqui. car. per. san. s. mētis: qđ tūc fit, si timorem dei seqmur: quia qui sine deo hæc agit: sanctus mundi est, nō dei. Vel ab inquinamēto carnis. i. carnalis obseruātiæ & perficiētes sanctificationē quæ est tm̄ spūsc̄ti. Capite nos &c. b ¶ Ad commo. &c. Vel vt mecū patiamini: & mecū coronemini. ☞ Repletus

NICO. DE LY.

☙ a ¶ Ego recipiā vos &c. Hic in p̄nti ad familiaritatem meā per gratiā: & in futuro per assimulationem per gloriam.

In. ca. vi. vbi dr̄ in po. Tāꝗ̄ nihil hn̄tes.

ADDITIO. I. Super hoc qđ dr̄: Tanꝗ̄ nihil habētes. Glo. qa sibi insufficiētes putabantur. Et oīa possidentes: non solum spūalia sed etiā tpalia: qa timentibus deū nihil deest: quæ fuit gl̄ia apl'oꝝ nihil oīno habere vt sine sollicitudine essent: & tm̄ res quas dn̄i eaꝝ relinquebāt ipsi possidebāt: qa oīa ad pedes apl'oꝝ mittebantur: Act. iiij. Potest etiam exponi hoc qđ dr̄: Tanꝗ̄ nihil habētes &c. sic. Nā apl'i licet essent oīno pauperes in effectu: & sic tanꝗ̄ nihil habētes: qa de eis dr̄: Ecce nos relinquimus oīa tm̄ in affectu erāt oīa possidētes: qa appetitus eoꝝ erat totaliter quietatus & a bonis terrenis abstractus: ac si oīa tpalia nō solū haberent, sed etiā possiderent. Ille enim q habet aliquod ꝓpriū: si illud nō possidet, adhuc appetit eius possessionē: sed cum iam possidet, quietatur appetitus circa illud.

F

a ¶ ante electos. b ¶ recæptis.
ritis: & ego recipiam vos: & ero vo a
¶ meipsum dans. ¶ ad gloriā.
bis in patrem: & vos eritis mihi in
¶ filies. ¶ vt etiā debiliores inclinat. ¶ xp̄s.
filios & filias: dicit dominus omnipotens. Ca. VII.
a ¶ & qa dn̄s hoc p̄cipit & bn̄ promittit. b ¶ . s. ꝙ deus habitabit nobis & recipiet nos.
Has igitur habētes pro b
missiones charissimi, mūdem⁹ nos c
a ¶ qa multa sunt carnalia vitia: vt oīa fugiamus. b ¶ vt est luxuria &c. c ¶ vt est ira.
a ab ōmi inqnamento carnis & spūs:
a ¶ bona opatione. b ¶ in baptismo cæptā.
c ¶ vt deū vereamini: q solus sanctos facit.
pficiētes sc̄tificatione in timore d e
a ¶ & ad hæc nos habēte exēplū. b ¶ nō illos f
pseudo. ¶ qa. c ¶ vestrum. d ¶ improperādo
dei. Capite nos: nemine læsimus: g h
vt pseudo. a ¶ admixtiōe falsitatis tāꝗ̄ fermē
neminem corrupimus: neminē cir i k
ti. a ¶ fraudulenta suoꝝ oblatione vt pseudo.
q vestra blande auferunt. b ¶ Hæc aūt. c ¶ vt vos abijciam: qui in istis peccauistis.
cū̄uenimus: Nō ad cōdemnationē l
a ¶ sed corrigo. b ¶ diligo em̄ vos sicut p̄dixi:
& hoc est. c ¶ ſm curam & dilectionē.
vestrā dico. Prædixim⁹ ei ꝙ in cor m
a ¶ Q. ita diligo vos ꝙ vr̄a mors in pc̄tis vi
b dibus nr̄is estis: ad cōmoriendum n
detur mea: & vita in virtutibus similiter.
¶ & ideo moneo.
& ad conuiuendum. Multa mihi o
a ¶ dum cōsidero quæ in vobis sunt. b ¶ &.
¶ qa ꝑ primā epl'am correcti: iō ꝑ eis gl'iat.
fiducia est apud vos: multa mihi p

G beato. Aug. in de ciui. qui dicit illos potētes apl'os potētes vouisse dicēdo: Ecce nos relinq. oīa &c. Et idē. iij. li. mirabiliū sacræ scripturæ, dicit dn̄m eius efficaciter p̄cepisse nihil habere: & sicut ꝯtra votū potēs apl'i venissent: si relicta a dn̄is & ad pedes eoꝝ posita possedissent: prout hic dicit Burg. Credo ꝙ nō fuerit paupertatis amator. Silr̄ cōtrauenissent apl'i p̄cæpto dn̄i: qđ de sanctissimis apl'is post missionē spūsancti non est dicendum.

¶ In eo. ca. notat postil. ꝙ apl's vario modo loquit̄ ponēdo ꝯ spūale. in tpalib⁹ apponit cōditionē ꝗ̄si vel sicut: ī spūalib⁹ aūt loquit̄ simpl'r. Bur. aūt obijcit ꝙ nō valet talis distinctio: quia aliqn̄ vtrūꝗ̄ extremū est spūale sicut seductores & veraces: sicut tristes semp aūt gaudentes: vbi neutrū est tpale dicit igit̄ differētiā illā loqndi debere attēdi penes certitudinē vt ibi ponit̄ ꝗ̄si denotet̄ incertū: reliquū ꝟo sine ꝯditione denotet̄ certū. Sed hoc nō vr̄ bn̄ dictū: qa apl's cōparat hoim carnaliū opiniones ad rei veritatē: sed certū est apud apl'm illa determinata per cōditiōes ꝙ fuerūt hoim illoꝝ opiniōes: certā etiā reputabāt opinantes habentes respectū ad defectū tpaliū: & ꝗ̄uis opiniones ille erant falsę apud apl'm tm̄ erant certe apud eos per hoc ad argumētum Burg. ꝗ̄uis aliqua subiecta opinioni eoꝝ erāt spūalia: tm̄ nō nisi in reuelatione ad sensibilia: ſm quoꝝ penuriā apparentē ipsi iudicabāt defectū taliū spūaliū: putantes eos ideo tristes & seductores: ꝗ̄uis in rei veritate potius gaudebant de illis sensibilium & tpalium defectib⁹. Ca. VII.

Has igitur. Postꝗ̄ apl's monuit corinthios de bonis agendis in futuro. Hic ꝯn̄r commēdat eos de bono præterito. Et diuidit̄ in duas partes: quia primo ponitur ad p̄dicta quædam cōtinuatio. sc̄do corinthioꝝ cōmendatio, ibi: Multa mihi fiducia. Prima adhuc in tres: qa primo ponitur vtilis monitio. sc̄do inducitur exēplificatio, ibi: Capite nos. tertio monitionis intentio, ibi: Non ad cōdemnationē. Circa primum cōtinuando se dictis, dicit: b ¶ Has igitur ha. pro. s. de recæptione fidelium ad gratiam in p̄senti, & gloriam in futuro: vt dictū est in fine ca. p̄cedentis. c ¶ Mundemus nos ab omī inq. car. & spūs. i. a pc̄tis carnalibus & spūalibus: qa nihil coinquinatum intrabit in illam ciuitatem cœlestē. Apo. xxi. g. d ¶ Perficientes. per sanctā conuersationem. e ¶ Sc̄tificationē. in baptismo inchoatā. f ¶ In ti. dei. s. filiali: qui habet charitatē annexā. g ¶ Capite nos. Hic ad ꝓpositū inducit apl'us sumpsius exēplū, di. Capite nos. i. accipite nos in exēplū: qa munde viuimus in hoc mundo: nulli nocumētum inferēdo in ꝑsona: qđ notat̄ cum dr̄: h ¶ Neminē læsi. nec etiā in fama. ideo subdit̄: i ¶ Neminē cor. nec etiā in re possessa ꝓpter qđ sequit̄: k ¶ Neminē cir. i. decæpim⁹ ipm̄ defraudēdo. l ¶ Non ad cō. Hic ꝯn̄r aperit suę monitiōis intētionē, di. Non ad condem. vestrā dico. de ꝯrīis vitijs vos vocādo tanꝗ̄ obstinatos: tūc em̄ ad cōdemnationē alicui⁹ fit talis vocatio qn̄ reputatur obstinat⁹: sed qn̄ fit sub spe correctiōis: tūc nō fit ad ꝯdēnationē, sed ad emēdatiōnē: & sic loquit̄ apl's. ideo subdit: m ¶ Prædiximus em̄ quod in cor. no. estis. cogitādo iugiter de vr̄a vtilitate & salute: intm̄ ꝙ pro ea parat⁹ essem mori. iō subdit: n ¶ Ad cōmo. & conui. vita gr̄æ & gl'iæ. q. d. hāc vitā desidero vobis, sicut & mihi. o ¶ Multa. Posita monitione. Hic ꝯn̄r apl's ponit suā cōmēdationē de bono corinthioꝝ p̄terito. Et diuidit̄ i duas ptes: qa prīo ponit hāc cōmēdationē. sc̄d'o eius expositionē, ibi: Nā cū venissemus. In cōmendationē ꝟo corinthioꝝ ponit quadruplicē affectū quē cōcæperat de bonis opib⁹: sicut & qlibet debet de bonis amici ꝯcipere. Prim⁹ est effect⁹ fiduciæ ex hoc em̄ ꝙ videt eū bn̄ incipere, cōfidit ꝙ bene ꝑficiet: & ꝗ̄tū ad hoc dicit: Multa mihi fidu. est apud vos. de pfectione boni inchoati. Scd's est affectus gloriationis: nā amicus est alter ipse: ꝓpter qđ gloriat̄ de bonis amici sicut de suis. ideo subdit̄: p ¶ Multa mihi glo. de vo. i. de vr̄is opibus bonis. Terti⁹ est affect⁹ ꝯsolationis. nā oīs lætitia est ☙ tristiciæ di

Diuisio.

In eodē ca. vbi dicitur in postilla: Notandū ꝙ apostolus vario modo loquitur ponēdo bonū tēporale contra spirituale. Nā in tēporalibus addit dictionem conditionalem.

ADDITIO. II. Hoc ꝙ apl's ī aliqb⁹ addit dictionē ꝯditiōalē seu silitudinariā & ī aliqb⁹ nō, nō vr̄ referēdū ad dr̄iam spūaliū a tpalib⁹ ꝑut in postil. Cū em̄ dr̄. Vt seductores & veraces: vtrūꝗ̄ ē spūale. silr̄ cū dr̄, Quasi tristes, semp aūt gaudētes. Sed dr̄ia attendit̄ ſm certitudinē & icertitudinē ꝑut in glosa. In illis em̄ ꝗ̄ narrāt vt icerta: sicut ea ꝗ̄ videntur ī somnis ꝯsueuit apponi hæc dictio, quasi vel sicut. Nā si qs somniū narrat addit ꝗ̄si di. Quasi sedebā: seu ꝗ̄si loqbar & hmōi, sed de his ꝗ̄ hō narrat vt vigilās nō apponit̄ talis dictio: & iō qa apl'i nō erāt seductores nec ignoti. i. nō approbati. Nec castigati. s. a ꝟberib⁹ ꝗ̄ patiebant̄ vt abstinerēt a p̄dicatiōe: a qua tm̄ ꝓpter hoc nō abstinebāt. Nec tristes, qa in ꝑsecutionibus gaudebant. Nec egētes: qa ꝗ̄rentib⁹ dn̄m nō deficit oē bonū. Nec nihil hn̄tes eadē rōne. Ideo in oib⁹ istis ponit̄ dictio silitudinaria. s. ꝗ̄si vel sicut & hmōi: ad denotādū ꝙ ista nō dicebant̄ de eis certitudinaliter, sed in suis oppositis talis dictio silitudinaria nō ponitur. Erant em̄ vere veraces & vere cogniti. i. approbati, & sic de alijs.

¶ In eo. cap. vbi dicitur in postil. Et ambulabo inter eos &c.

ADDITIO. III. Hoc qđ dicit̄: Et ambulabo iter eos, & ero illoꝝ de⁹ &c. exponit̄ aliter & magis ꝓprie in additiōe prima, sup illud ca. Leui. xxvj. vide ibi &c.

REPLICA. In epl'a secūda ad Coꝝ. vj. vbi dicitur de apl'is tanꝗ̄ nihil habētes &c. vbi Burgeñ. ponit expositionem repugnantem quasi cunctis doctorib⁹: & specialiter beato Aug.

peccato, in xpo benedictæ sunt: in quo &
illi benedicunť q incarnatiōe pręcesserūt:
qa idē hō de9 ianuā cœli aperuit: & in fine
Mat. 25. e dicet oibus electis: Venite benedicti pris
F mei &c. k ¶ Filiū suū. Bed. Intuēdū est,
q' eundē filiū dei quē semen abraæ nuncu
pauit: propter duas eiusdē naturas: ne vel
hoīem tm̄ xpm, vel alterū hois, alterū dei
crederent filium. quo laqueo nestorius &
alij plures decæpti sunt. Cap. IIII.
L Oquētibus autem. l ¶ Sa-
cerdotes & magi. &c. Qui do
ctores & iudices videbanť po
puli. m ¶ Dolētes. q' ad au-
diendos apostolos conflueret
multitudo. n ¶ Saducei. qui negabant
resurrectionē: & ideo in doctrina eorū do-
lebant. o ¶ Resurrectionē ex mor. Hoc
maxime ɔtra saduceos: vtriq; ꝟo dolebāt
q' iesum quē vt hoīem occiderāt, apostoli
adeo patre glorificatū affirmant. p ¶ Et
factus est nu. Si in quinq; milibus hoīm
quos in eremo dñs pauit: ppls legis a xpo
liberat9 accipiť: possunt & hic qnq; milia
ab aplis instructa pplm gentiū designare:
eiusdem legis spiritaliter mysteria secu-
turum. Et bene vtriq; vesperi cœlesti mu
nere donātur: qa cum venerit plenitudo
Gal. 4. a. temporis; misit deus filiū suū in terris &c.
☞ Hic est

NICO. DE LYRA

* a ¶ Oīs aīa. i. oīs homo. Poniť hic
pars principalis pro toto. b ¶ Quæ nō
audit. pro il. legē euangelicā renuendo.
c ¶ Exterminabitur de plæbe. id est de
sanctorum societate. Consequēter indu-
cit scripturas prophetarū in quodā gene-
rali, dicēs: d ¶ Et oēs pphetæ a sa. &c.
Sub illo enim incepit regnum israel & iu
da: vt patet. ī. Regū. x. Temporibus vero
regum & deinceps fuerunt prophetæ qui
clarius

a ¶ p imperatiuo positū. b ¶ nihil diminuē
dictis iuxta omnia quæcūq; locu-
tes, nihil adddentes. ¶ hoc, q' ois aīa &c.
a tus fuerit vobis. Erit autē: omnis a
¶ ps principalis p toto hoīe. a ¶ obedierit.
anima quæ nō audierit prophetā b
a ¶ ab hoīb9. ¶ vel a deo. ¶ ꝭm legē. ¶ vel a
sorte sctōrum. ¶ occidetur. b ¶ spūali.
b illum, exterminabitur de plæbe. c
a ¶ post moysen. b ¶ quasi a principe pro-
phetarum.
c d Et omnes prophetæ a samuele & d
a ¶ vsq; ad iohānē bap. b ¶ pphetice. c ¶ tē
deinceps qui locuti sunt, annun-
pora refrigerij. i. vtriusq; aduentus domini.
¶ per hoc inexcusabiles estis.
ciauerunt dies istos: Vos autem e
¶ vel antiqua consuetudine vel natura.
a ¶ vt sequitur. s. in semine tuo &c.
e estis filii prophetarū & testamenti f
f qd' disposuit deus ad patres † ve- g
a ¶ cui primum facta est pmissio. b ¶ nō in
g stros dicens ad abraam. † Et in se- h i
seminibus sed in vno semine qui est xps.
a ¶ non vna gens.
h i mine tuo benedicentur omnes fa-
¶ vero. ¶ ante gentes.
miliæ terræ: Vobis primum deus k
a ¶ ꝭm carnem. b ¶ incarnari fecit.
k suscitans filium suum misit eum, l m
a ¶ prædicātem, vel benedictos facientem.
b ¶ libertatē arbitrij ostēdat.
benedicentē vobis: vt cōuertat se n
¶ qua impugnatur.
vnusquisq; a neqtia sua. Ca. IIII.
L ¶ petrus precise & iohāne locu-
tus est. vel multitudini duo lo-
quuntur.
Oquētib9 aūt illis ad po- o
l pulū, superuenerunt sacerdotes & p
a ¶ iusti siue iustificati interpretantur.
m n magistratus tēpli & saducei: dolen q
¶ hoc commune oim.
tes q' docerēt pplm: & annūciarēt
o in † iesu resurrectionē ex mortuis:
† & iniecerunt in eos manus: & po r
¶ carceris.
suerunt eos in custodiam vsq; in s
a ¶ hæc est causa custodiendi.
crastinum. Erāt autem iam vespe-
¶ non omnes.
ra. Multi autem eorum qui audie- t
p rant verbum: crediderūt. Et factus v x
a ¶ ouiū q vocē pastoris audiūt v'l agnoscūt.
est numerus virorum quinq; mi-
lia. Factum est autem in crastinum y
¶ tria plæbis consilia erant.
vt congregarentur principes eorū
& seniores & scribæ in hierusalem
¶ seorsum ponitur.
& annas princeps sacerdotum: &
¶ sacerdos q de gñe aarō pricipatū gerebāt.
caiphas & iohānes, & alexāder: &
a ¶ Descriptis principibus sacerdotum, alij
sine numero memorantur.
quotquot erant de genere sacerdo
¶ concilij.
tali. Et statuētes eos ī medio inter- z

clarius locuti sunt de mysterio christi: vt G
est superius ostensum in expositione p-
phetarū. Vñ de Esaia dicit Hiero. q' vide
tur magis euangeliū q' prophetiam texe-
re. e ¶ Vos autem estis filij prophe. id
est in eorum scripturis nutriti. f ¶ Et te
stamenti. id est promissionis. g ¶ Qd'
disposuit deus ad pa. vestros. de futuro.
h ¶ Dicens ad abraā. Gene. xxij. i ¶ In
semine tuo benedicentur omnes fami-
liæ terræ. Quod impletum est in christo
ab abraam descendente. vt patet per oēs
partes orbis, in quibus sunt aliqui xpia-
ni: & adhuc magis implebitur circa finē
mundi: quando omnes conuertentur ad
fidem christi. k ¶ Vobis primum deus
susci. id est manifestans. l ¶ Filiū suū.
quia inter iudæos fuit natus & conuersa
tus. m ¶ Misit eum benedicentem vo
bis. In persona enim propria prædicauit
iudæis: & multa beneficia contulit mor-
tuos suscitando, leprosos sanando, cæcos
illuminando, & huiusmodi. n ¶ Vt cō
uertat se vnusquisq; a ne. sua. Ad hoc Al's tuos.
enim requiritur act9 liberi arbitrij. Vnde † Gētes
Aug. dicit Qui creauit te sine te non iusti
ficabit te sine te. Ca. IIII.
L Oquentibus autē illis &c.
Posita pdicatione petri. conse
quenter poniť excitatio zeli.
Circa qd' primo ponitur du-
plex zelus scd'o vtriusq; pro- Zelus duplex.
cessus, ibi: Factum est aūt. Circa primum
sciendum est: q' zelus aliqn̄ accipiť p in-
uidia: aliquando vero pro singulari ami
citia. Prim9 aūt zelus ponitur, cū dicitur:
o ¶ Loquentib9 autē illis. s. ad populū:
p ¶ Superuenerunt sacerdotes &c. moti H
inuidia contra christum. q ¶ Et saducei
dolentes &c. Isti specialiter exprimun-
tur dolere: quia negabant resurrectionem
mortuorū: vt habetur infra. xxiij. r ¶ Et
posuerūt eos in custodiam: id est in car
cerem: s ¶ Vsq; in crastinum. eo q' iā
transierat hora ducendi eos ad iudicium.
Secūdo ponitur excitatio boni zeli cum
dicit. t ¶ Multi autem eorum qui au-
dierāt verbum. scilicet petri prędictum.
v ¶ Crediderunt. in christum. x ¶ Et
factus est numerus virorum quinq; mi
lia. cum præcedentibus conuersis prius al's tres.
per prædicationem petri: & ꝭm hoc fue- † ij. 5. c.
runt octo milia. quod videtur verius. ꝭm
alios vero tria milia prædicto capitu. ij.
in hoc numero includuntur. y ¶ Factū
est autem. Hic consequenter ponitur
vtriusq; zeli prosecutio. & primo mali,
secundo boni, ibi: Dimissi sunt: Circa Diuisio.
primum primo ponitur apostolorum
interrogatio. secundo petri responsio, ibi
Tunc petrus. Tertio super prædicta col-
latio, ibi: videntes autem. Circa primum
dicitur: Factum est autem in crastinum
vt congregarentur &c. Multi enim &
magni fuerunt conuocati: vt ex hoc apo-
stoli magis terrerentur: & in verbis suis
caperentur. ideo subditur: z ¶ Et sta-
tuentes eos in medio interrogabāt. ex
diuersis partibus ad eos stupefaciendum
* in qua virtu-
Moraliter. o ¶ Loquentibus autem Moralit.
illis ad populum, superuenerunt sacer-
dotes &c. Per istos qui petrum & iohan-
nem conati sunt a prædicatione nomi-
nis christi simpliciter impedire: significā
tur infideles & mali christiani: qui nitun
tur prædicatores ecclesiæ a prædicatione
veritatis suis persecutionibus pturbare.
* Tunc

A ☞ a ¶ Hic est la. Raba. Hic respōdens ad
interrogata de xpo prędicat: & maxime
de dauid cui patriarchæ suo præ cęteris
crediderāt. b ¶ Reprobatus est. Au.
De lapide reprobato historia nō habeť.
c ¶ Edificantibus. Beda. Erant iudæi
qui soli legem & prophetas ad ædifica
tionē legebāt. hi dum ædificabant per-
uenerunt ad lapidē angularē: qui duos
parietes complecteretur. i. inuenerūt in
scripturis christū in carne venturū, qui
duos pplos in seipsum cōderet. Et quia
iudæi in vno pariete stare. i. soli male-
bant saluari reprobauerūt lapidē q nō
erat aptus ad vnū, licet ad duos: sed illis
nolētib9, hūc de9 posuit in caput angu-
li: vt ex duob9 pplis & duob9 testamē-
tis ædificatio surgeret vni9 eiusdēq; fi-
dei. d ¶ Et non est in aliquo alio sa.
Beda. Si in xpo tm̄ salus mūdi est: ergo
& pres nostri eiusdē incarnatiōe & pas-
sione sunt saluati: qua & nos credimus
saluari. Etem sacramēta p tēporū rōne
discrepāt: fides tñ vna eadēq; cōcordat:
qa dispēsationē quā nos p aplos factā,
ipsi per pphetas didicerūt vēturā. Non
em est redēptio nisi in sanguine illi9: q
seipm dedit redēptionē oib9. e ¶ Sine
literis &c. Nō qa literas oino nescirēt:
sed qa grāmaticæ artis peritiā nō habe-
rent. f ¶ Idiotæ. Beda. Idiotæ, q pro-
priū ingeniū nō exercuerāt p doctrinā
ἰδίωμα græce, latine pprietas. ¶ Beda.
Idiotæ dicebanť, q propria tm̄ lingua
naturaliq; sciētia cōtenti literarū studia
nesciebāt. ¶ Beda. Illiterati mittūtur ad
prædicandū: ne fides credentiū, non dei
1. Cor. 1. virtute, sed eloquentia fieri putaretur
ꝭm illud: Non in sapientia verbi: vt nō
B euacueť crux xpi. g ¶ Et vocan. &c.
Math. 10. c. Ne omnino &c. Tunc impletum est.
Odio eritis omnibus hominibus pro-
pter nomen meum. h ¶ Petrus ve-
ro &c. iudicate. Rab. Qui estis iudices
vestrum facite officium: non sermonē
prauum proferēdo, sed iuste iudicādo.
Ecce plenū frumētū in spica inuenitur
quod ante quasi in herba flectebatur.
☞ Non enim pos.

NICO. DE LYRA

* a ¶ In qua vir. aut in quo no. fe.
hoc vos. q. d. patet manifeste q' hæc fe-
cistis artibus magicis. vnde & iste cura-
tus fuerat cū eis detētus vt maleficij par
ticeps. b ¶ Tūc replet9. Hic ɔñr poni
tur respōsio petri dicētis. c ¶ Princi-
pes populi & se. au. i. diligēter veritatē
attēdite. d ¶ Si nos hodie di. i. ad iu-
diciū trahimur vt malefactores. Et acci
piať hic si, pro quia: quia sic trahebātur.
e ¶ In be. hois infir. i. pro beneficio
curationis eius. f ¶ Notū sit omni-
bus &c. quia in no. ie. christi nazareni
quem vos cruci. per milites præsidis.
& hoc ex inuidia & nequitia vestra.
g ¶ Quē de9 su. a mor. ex sua omnipo
tentia. h ¶ In hoc. id est in fide ipsius.
i ¶ Iste astat corā vobis sanus. vere
& nō ficte. cōsequēter inducit scripturā
ad ppositū quæ hř ps. cxvij. k ¶ Hic
est lapis &c. qui de xpo intelligiť ad li
terā: sicut ibidē declaraui per doctores
hebraicos & latinos. Qꝛ em lapis xps
dicit in scriptura veteris testamēti: patet
Dañ. ij. e. Lapis aūt q percusserat statuā,
fact9 est magn9: & impleuit vniuersam
terram. quod ad literā exponiť de xpo
a doctoribus

a ¶ vtrū diuina propter claritatē facti: nō alia
virtute factum dicunt.
rogabāt. In qua virtute, aut in quo a
a ¶ in medio cōcilio vel cōcilij. ¶ in petecoste.
noie fecistis hoc vos? Tunc repletus b
¶ quasi princeps apostolorum.
spūsctō petr9 dixit ad eos. Pricipes c
a ¶ pro an. ¶ interrogatio potest esse.
populi & seniores † audite: Si nos d
a ¶ ad iudices adducimur. b ¶ in sanitate para
lytici.
hodie diiudicamur in bñfactō hoīs e
infirmi in quo iste saluus factus est:
¶ principibus & senioribus.
notū sit oibus vobis & omni plæbi f
¶ a saluatore saluatus est.
israel: qa in noie dñi nostri iesu xpi
nazareni quē vos crucifixistis: quē g
de9 suscitauit a mortuis: in hoc iste h i
a ¶ præsens stat qui ante stare non poterat.
b ¶ quem vos crucifixistis.
a astat corā vobis san9. † Hic est lapis k
¶ ꝭm legem.
b q reprobat9 est a vobis ædificātib9: l
a ¶ quē de9 suscitauit a mortuis. b ¶ vt si prin-
ceps duorum testamentorum & populorum.
d qui factus est in caput anguli: & nō m n
a ¶ nisi in saluatore. b ¶ mundi. c ¶ hominis
huius.
est in alio aliquo salus. Nec em no- o p
men aliud est sub cœlo datū hoibus
in quo oporteat nos saluos fieri.
¶ audaciam.
Vidētes aūt petri cōstātiā & iohānis: q
e comperto q' hoies essent sine literis r
¶ imperiti. a ¶ nesciētes causam constantiæ
f & idiotæ, admirābātur: & cognosce- s t
& virtutis. ¶ illiterato. v
bant eos qm̄ cum iesu fuerāt: hoiem x
¶ apostolis.
quoq; vidētes stātē cū eis q curatus
a ¶ q ipse non esset, vel non sanatus fuisset.
fuerat, nihil pōterant contradicere. y
¶ Extra synagogam facient vos.
† Iusserūt aūt eos foras extra cōciliū z
secedere: & cōferebāt ad inuicē dicē-
a ¶ Ne factum eorū amplius diuulgeť.
¶ idiotis.
tes. Quid faciem9 hominibus istis? a
Quoniā quidē notū signū factū est b c
per eos oibus habitātib9 hierusalē.
Manifestū est: & nō possumus nega-
re. Sed ne amplius diuulgeť in po- d
¶ hoc tm̄ consilium restat.
pulū: cōminemur eis ne vltra loquā e
¶ iudæo vel gentili.
g tur in noie hoc vlli hoim: Et vocan- f g
a ¶ aliqua occasione, vel in aliquo loco.
tes eos denūciauerūt ne oino loque h
¶ prædicarent.
rentur: nec docerēt in nomine iesu.
h † Petrus vero & iohānes respōdētes
a ¶ dum nos aspicit.
¶ apud deū cui veritas placet.
dixerūt ad eos. Si iustū est in cōspe i
a ¶ prohibentes. b ¶ imperantem prædicare.
ctu dei vos poti9 audire quā deum,
¶ Sexta pars.

a doctoribus hebræis & latinis. l ¶ Re- C
probatus est a vo. ædi. i. a vobis sacerdo
tibus & legisdoctoribus: ad quorū offi-
cium spectat ędificare pplm in fide & mo
ribus. m ¶ Qui fa. est in ca. an. cōiun-
gens iudæos & gētiles tanq; duos parie-
tes in vnā ecclesiam. propter quod dicit
Io. x. c. Alias oues habeo quæ non sunt ex
hoc ouili: & illas oportet me adducere: &
fiet vnum ouile & vnus pastor. n ¶ Et al's habet
non est in alio aliquo. id est per aliquem † israel.
alium. o ¶ Salus. quia ipse est media-
tor dei & hominum. p ¶ Nec enim no
men aliud est sub cœ. id est res signata p
nomen saluatoris non est data alteri hoi:
soli enim christo datum est q' sit deus &
homo. q ¶ Videntes aūt. Hic ɔñr poni
tur sup petri respōsionē sacerdotū colla-
tio. & primo ponitur collationis actus. se
cūdo effectus, ibi: Et vocantes &c. Circa
primum dř: Videntes aūt petri con. &
iohan. qa in illo stupebāt nec terrebātur.
r ¶ Comperto q' ho. essent sine lit. id est
carentes scientia acquisita: & tamen alle-
gabāt scripturā, vt visum est. s ¶ Idio. † Ps. 117. b.
id est simplices paruæ industriæ. t ¶ Ad
mirabantur. eo q' ignorabant causam. s. Mat. 21. d
spūscti vnctionē: q docet de omnibus. ī. Mar. 12. a
Ioh. ij. v ¶ Et cognoscebant eos quo- Luc. 20. c
niā cū ie. fu. qui frequēter pdicauerat ī tē 1. Pe. 2. b.
plo: & apli erant cū eo. x ¶ Hominem
quoq; vi. stan. cum eis. perfecte curatum
ab eis. y ¶ Nihil po. contradi. quia di
cere non poterant q' alius esset homo ab
illo claudo prædicto. nec q' non esset cu-
ratus vere & perfecte: quia vtrūq; falsum
apparebat manifeste. z ¶ Iusserunt au-
tem eos fo. extra cōciliū secedere: vt in
eorum absentia possent melius conferre.
a ¶ Quid fa. homini. istis? quasi dicant
Non possumus eos ad mortem vel ad car
cerem condemnare. & causa subditur:
b ¶ Qm̄ quidem no. si. id est miraculū. D
c ¶ Factū est per. & sic interficiendo vel
detinendo eos, cōcitabimus totū populū
contra nos. Si quærať: cur non crediderūt
ex quo signum tam manifeste viderunt.
Dicendū, q' malicia eorū excæcauit eos
ppter quod factū illud attribuebant vir-
tuti dæmonū. sicut & facta christi matth.
xij. b. In beelzebub principe dæmoniorū
eijcit dæmonia. d ¶ Sed ne amplius † ī. 5. f.
diuulgeť in po. com. eis. pręcipiēdo sub
pœna mortis. e ¶ Ne vltra lo. in no-
mine hoc. scilicet nazareno. f ¶ Vlli ho
minum. iudæo, vel gentili. g ¶ Et vo-
cantes. Hic ɔñr ponitur collationis effe-
ctus: quæ est phibitio ex parte sacerdotū
cum diciť: h ¶ Denunciauerunt &c.
Et patet rōnis responsio apostolorū, cum
subditur: i ¶ Si iustū est in conspe. dei
vos poti9 audire quam deū, iudicate.
quasi dicant: Non potestis hoc dicere: cū
nullam auctoritatem habeatis præci-
piendi nisi ab eo. ideo concludunt:
* Non em pos.
* b ¶ Tunc repletus &c. Per hoc au- Moralit.
tem q' ipse malignantes cōfudit. primo p
opus diuinæ virtutis, cui nullatenus est
resistendum, dicens. d ¶ Si nos hodie
&c. scd'o p sacræ scripturæ testimonium
dicit de xpo. k ¶ Hic est lapis qui &c.
cui scripturæ contradicere non poterant
cum apud eos esset autentica: significatur
q' impugnatores veritatis catholicæ con
futandi sunt a prædicatoribus & doctori
bus ecclesiæ. primo per opera virtuosa q
sunt ex dei gratia. secundo per sacram scri

E ☞ a ¶Non enim possumus.Id est nolum⁹: vel in naturā versum est vt angelis cōfirmatis non peccare. b ¶Clarificabant. in græco:Omnes clarificabāt in eo quod factum est:& non habetur,in eo quod acciderat.¶Beda.Clarificantur facta vel dicta:quod fama vulgante in noticiā plurimorū deferunt. Deus aūt glorificat in factis hoīm:quod est propriū christianę pietatis & humilitatis,ipso dicente:Videant opa vestra bona:& glorificēt patrē vestrū qui in cœlis est. c ¶Annorū em̄ &c.Vñ amplior gloria vel gratia virtutis.& ideo nō ætatem hoīs,sed tp̄s infirmitatis dicit. ¶Bed'.Annoꝝ.xl. Iuxta historiā perfecta ætas hoīs calūniātibus ostendit.¶Alleg. Populus israel nō.xl.tm̄ annis in eremo sordes ægypti māna cōtempto reqsiuit: sed etiam in terra ꝓmissionis inter dei & idolorū ritus claudicauit. Vel numerus iste geminæ legis plenitudinē significat. Quater enim deni.xl.faciūt.vtriusq; trāsgressor velut quadragenariā perfectionē iacendo debilis transcēdit. d ¶Qui'cū audissent.Beda. Auditis persecutoꝝ minis:fiduciā resistendi per signa virtutum sibi deposcunt. e ¶Vnanimiter leua. Sine sono.Vel perfectione vnanimitatis: ſm illud. Si duo vel tres conuenerint in vnū in noīe meo:de omni re quā peterint fiet illis. f ¶Patris no. Noster fuit pater,sed tu⁹ puer. g ¶Quare fremuerūt. Beda.Nō quasi nesci⁹ interrogat ꝓpheta sed mirādo insaniā impiorū corripit eos qui in saluatorē cōsurrexerūt:non ab eo læsi,sed in multis adiuti.¶Fremue.Fremitus est vox leonis.Vnde hieremias:Facta est mihi hæreditas mea : quasi leo in silua:dedit super me vocē. h ¶Inania. de christo venturo:vel vt in morte detineretur. i ¶Cōuenerunt. Herodes & pylatus cōuenerūt in amicitiā. k ¶Vnxisti.Nomē christi exponūt.Christi a chrismate:id est vnctione: ſm illud: Vnxit te deus deus tuus oleo læticiæ præ consortibus tuis. l ¶Cum omni fidu.loqui. Hoc deum postulāt:vt cum omni fiducia possint loqui verbum dei. m ¶Per no. Beda.In græco:Per nomen pueri tui iesu: quod magis apl'orum votis cōgruit:qui satagebant:vt hō crucifixus a iudæis,clarescētib⁹ miraculis per nomen ei⁹ in cœlū assumpt⁹ & dei fili⁹ īnotesceret. n ¶Motus est lo. Magna virtus orationis fidelium.hoc aūt ad suscitādas mētes factum est.¶Potest in hoc loco moto intelligi timor eorum,qui credēdo subiiciēdi erant ☞apostolis qui

(Margin: Clarificare & glorificare. — Mat.5.b. — Allego. — Mat.18.c — Hie.12.b — F — Luc.23.a. — Ps.44.a)

NICO. DE LYRA

a ¶Non enim possumus .licite. b ¶Quæ vi.scilicet christi miracula,ei⁹ resurrectionē & ascensionē. c ¶Et audiui.ipsum venturū ad iudiciū:& hoc ab angelis:vt patet.s.cap.i. d ¶Non loq. maxime cū præceperit nobis hoc testificari.s.i.& Lu.vlti. e ¶At illi cō.di.eos. Et subdit causa:Nō inue.quō pu.eos ꝓpter po.Ex q̄ patet,ꝙ repssi fuerūt ab hac punitione hūano timore tm̄. f ¶Quia oēs cla.id qđ fa.erat. cōfidētes hoc esse factū diuina ꝟtute.& subdit cā: g ¶Annorū em̄ erat am.quadra.hō.& sic erat not⁹ oib⁹ fuisse claud⁹ p lōgū tp̄s. Cōfessio' etiā ꝟitatis erat efficax in eo rōne ætatis:ex qb⁹ apparebat factū illud esse diuina virtute. h ¶Dimissi aūt.Posita prosecutiōe zeli mali ex parte sacerdotū:hic consequenter

¶signa.
a iudicate.Nō enim possumus quæ a b
¶prædicantem.
vidimus & audiuimus nō loqui. c d
a ¶ne putarent credidisse. b ¶ꝓpter pp̄lm.
At illi cōminantes dimiserūt eos: e
a ¶causam q̄ placeret pp̄lo, nō ꝯsciæ eorū.
nō inuenientes quō punirent eos
¶nō deū. a ¶deū in cuius noīe hoc fecerūt.
b ꝓpter populū:qa oēs clarificabāt f
a ¶paralytico sanato.
id quod factū erat in eo quod ac-
a ¶causa clarificationis est longum tempus infirmitatis.
c ciderat.† Annorū em̄ erat ampli⁹ g
quadragita homo in quo factū fue
rat signū istud sanitatis.† Dimis- h
¶petrus & iohannes.
si autē venerūt ad suos:& annun-
ciauerunt eis quāta ad eos princi-
pes sacerdotum & seniores dixis-
d e sent.Qui cum audissent:vnanimi i
¶more solito. a ¶nō ad hoīem:vt exēplū ceteris præbeāt a ¶magna potētia ostēdit.
ter leuauerūt vocem ad dominū,&
dixerūt: Domine,tu q fecisti cœlū
& terrā:mare,& oia quæ i eis sunt:
a ¶nō sensu hūano. b ¶q̄si p tubā: vt nō credatur verbū hominis. a ¶ex inuidia.
f qui spūsancto per ōs patris nr̄i da-
g uid pueri tui,dixisti:† Quare fre- k
a ¶ne regnum ad iudæos trāsiret. b ¶iudei. c ¶agitati motu impito et irrōnabili.¶cōciliū fecerūt,sedulo tractātes quō occiderēt eū.
muerunt gentes: & populi medi- l m
a ¶xp̄m nō resurgere. b ¶hærodes & pylatus.
h tati sunt inania? Astiterunt reges n
a ¶nō cœli. b ¶sacerdotū. c ¶in atriū caiphę.
i terræ: & principes cōuenerūt in o p
a ¶patrē. Vñ hoc ꝓbas:qa aduersus xp̄m q est pr̄is eius filius. b ¶pro quia.
vnum aduersus dominū,et aduer- q
¶qui contradicit filio,& patri. ¶de q̄ postea dicitur:Ego autem constitut⁹ sum.
sus christū eius.Conuenerūt enim r
¶maligna. a ¶Qui peccatum non fecit:nec inuentus est &c.
vere in ciuitate ista,aduersus san-
a ¶spūsancto.¶christū fecisti.
k ctum puerū tuū iesum quē unxisti,
herodes & pontius pylatus cum
a ¶duo populi in cruce sunt reconciliati.
b ¶potestas.¶christ⁹.
gentib⁹& pp̄lis israel:facere q̄ ma- s t
a ¶non sua. b ¶præscientia.¶spirirus.
c ¶sicut de christo pręscieras.
nus tūa & consiliū tuū decreuerūnt v x
a ¶vide quid in persecutione facias.Deo cōmēdāt qđ patiūt. a ¶postulāt id quo indigent.
fieri.Et nunc dn̄e respice in minas y
l corum:& dā seruis tuis cum omni z
a ¶etiam inter psecutores. b ¶xp̄m. c ¶potentiā tuam.
fiducia loq verbū tuū:in eo ꝙ mā-
num tuam extēdas ad sanitates &
¶ad corroborationem pręedicationis.
m signa & ꝓdigia fieri p nomē sancti
n filii tui iesu.Et cū orassent mot⁹ est a

G ꝯn̄r ponit ꝓsecutio zeli boni ex parte credentiū:& hoc q̄tū ad duo.s.q̄tū ad deuotā orōnē & scd'o q̄tū ad scientiā cōuersationē q̄ ponit ibi.Multitudinis autē.Circa primū &c.Dimissi autē.& patet litera vsq; ibi: i ¶Vnanimiter leua.v.Corde & ore deprecantes.Et orationē suā fundant primo sup dei potētiā,dicentes:Dn̄e tu q fecisti &c.Scd'o sup ei⁹ grām cū dr̄:Qui spūsctō &c.dixi.de christo ps.ij.q itelligitur ad litterā de xp̄o etiam ſm doctores antiquos hebræorū:vt ibidē fuit declararatū. k ¶Quare fremu.gen.i.gentiles l ¶Et ppl'i.i. iudæi in plurib⁹ tribubus diuisi.vtriq; em̄ egerūt ad mortē christi. Pylatus em̄ & milites christū crucifigētes fuerūt gētiles.Iudas autē ꝓditor, & illi q christū tradiderūt pylato, fuerunt iudęi. m ¶Meditati sunt inania.Dicitur aūt inanis meditatio:qn̄ nō habet ꝓpositum †ps.2.a. sed magis oppositū.Isti enim crediderūt xp̄i nomē extinguere p eius mortem:per quā fuit magis exaltatū & glorificatū.eo ꝙ ad eā secuta est ei⁹ resurrectio, ascēsio, spūsc̄ti missio,& apostolorū,cōstās p̄dicatio.propter quod imīnēte sua morte dixit: Nūc clarificat⁹ est fili⁹ hoīs.et subditur:Et de⁹ clarificabit eum in semetipso. & continuo clarificabit eum. n ¶Astiterunt reges terræ.s.herodes et pōti⁹ pylatus:vt postea exponitur.Et dicūt reges a regendo.nā herodes erat tetrarcha galileæ:et pylatus ꝓcurator iudææ illuc a cæsare missus: vt habet Lucæ.iij. o ¶Et principes.s.iudæorū. †Ps.2.a. p ¶Conuenerūt in vnum aduer.do.i.aduersus deum patrem. q ¶Et aduersus christum eius. ab eo missum in mūdū.ꝓpter hoc qcqd fiebat contra filium missum,fiebat cōtra patrē mittētē.Et sic exponitur cū dicitur: H r ¶Conuenerunt em̄ vere &c.et patet ex dictis litera vsq; ibi: s ¶Facere.iniq volūtate ex parte ipsorū. t ¶Quæ manus tua.i.potentia tua. v ¶Et consilium tuū.i.ordinatio tua. x ¶Decreuerunt fie.ex maxima pietate et misericordia ex pte dei.et ex maxīa charitate et obedientia ex parte hominis christi. y ¶Et nunc domine respice in mi. eorum.vt ipsis non terreamur. z ¶Et da seruis tuis cum fidu.lo.verbum tuum.Et subditur modus:In eo ꝙ manum tuam exten.ad sanitates &c.quæ sunt verbi diuini confirmatiua.Mar.vlti.d.Illi autem profecti prædicauerunt vbiq; &c. a ¶Et cum orassent:motus est locus in quo erant congregati. Per terremotum sub pedibus eorum, significata fuit exaudi- ✻tio peti

✻ptura diuinitus reuelatam.Et hoc duplici mō legitur btūs Dn̄ic⁹ i albigensiū partibus hæreticos confutasse.& alij plures doctores sc̄ti legūtur in aliis partibus mundi filia fecisse. h ¶Dimissi autem venerunt ad suos:& annūciauerūt eis &c.quia cum fidelibus deuotis conferendum est qd agendum sit contra impugnatores veritatis.Et qm̄ optimū remedium est in hoc:vt primo ad auxilium diuinū recurratur.ideo subditur: i ¶Qui cum audissent:vnanimiter leuauc. vocem &c.Et quoniā eorū deprecatio ꝓ christi gloria declaranda erat.s.per opa miraculosa:vt patet in litera:ideo fuit a domino exaudita.ideo subditur postea: a ¶Et cum orassent:motus est locus &c. Per motum enim terrę significatū fuit:ꝙ terrenæ ptātes essent xp̄i fidei subiugandæ. ✻Multitudinis (Margin: Moral'.)

A ☞ apl'is:qui terrenitate discussa resurgere cum xp̄o & cœlestia sapere didicerūt.¶Beda.Qui virtutē & robur cōtra fraudē hostiū quærebāt:indiciū exauditæ orationis terremotu percipiūt:vt scirent corda terrena sibi cessura:sub quorū pedibus spū adueniēte terra est cōcussa pauore. a ¶Multitudinis.Beda.Notāda rerū locorumq; distantia.Si quidē in opere superbę turris lingua & mens humani generis cum esset vna,merito iniqtatis est diuisa: ita vt cum oībus linguis loquerent ibi homines:nemo tn̄ proximi sui voluntatem aut verba cognosceret:Sed in hierusalem sunt linguæ merito humilitatis vnitæ: vnaq; oībus lingua:eadēq; oībus voluntas erat & vna quod vsq; hodie geritur cū electi in multiplici locutione vnito corde & intentione concordi dn̄o famulantur. reprobi diabolo seruiētes diuersa mēte & pugnaci inter se studio & certamine agitantur. b ¶Erat cor vnum. Beda. Qui mundū reliquerāt:non de nobilitate generis gloriātes se aliis præferebant:sed sicut vnius eiusdēq; matris ecclesiæ visceribus editi:eodē fraternitatis amore gaudebant.¶Beda.Conuenit hic locus ei qđ supra dictū est:qa qui spm̄ accæperāt,linguis oīm loquebātur. Adunatio linguaꝝ erat præsagiū:ꝙ ecclesia per spm̄ in diuersis nationibus & linguis vnū cor & aīam erat habitura. Non em̄ oēs credētes loquebātur oīb⁹ linguis:sed diuersarū linguaꝝ adunatio in fide xp̄i indicabat:quia vnus dn̄s,vnū baptisma,vna fides. c ¶Nec quisquā eo. Mystice. Virtutes quas possident iusti:non suas indicant esse:sed eorū quorū vtilitati dispensant. d ¶Cōmunia.Beda.græce κοινα.vnde cœnobitæ.i. cōmuniter viuētes.Cœnobia habitacula eorum.¶Beda.Qui ita viuunt vt sint oīa cōmunia in dn̄o cœnobitæ vocātur quæ B via tanto est fœlicior,quanto statū futuri sæculi imitatur:vbi oīa cōmunia:qa de⁹ oīa est in oībus:Et quia ibi summa pax & securitas:ciuitas in qua typus huius vitæ præcessit hierusalē.i.visio pacis.Dicta est. e ¶Reddebāt apo.Beda.Discernit ordinem doctorū & auditorū. Nam multitudo credentiū reb⁹ tēporalib⁹ spretis:copula charitate inuicē iungebātur.Apl'i vero virtute fulgētes,mysteria xp̄i pandebant. f ¶Ioseph. Raba. Auctus,barnabas fili⁹ cōsolationis interpretat:auctus incremēto & profectu spūalis boni.¶Beda.Hunc puto esse barnabā:qui cum paulo gentiū apl's ordinatus est. g ¶Barnabas.Beda. Quidē arbitrātur collegā pauli eum potius fuisse,de quo cum matthia sors missa est: minus intuentes ꝙ hic barnabas,ille barsabas appelletur:& hic filius consolationis,ille fili⁹ quietis iterp̄tat. h ¶Qđ est interpretatum filius con. Vbicūq; scriptura nomina rerum vel personarum cum interpretatione ponit:sensum sacratiorem eisdem inesse significat. Merito filius consolationis vocatur:qui spretis pręsentib⁹,spe futurorū se cōsolat.Nam & spūsc̄tūs ideo paracletus vocatur:quia in mundo pressurā habētibus infusione sui paraclesim.i.cōsolationē tribuit:sicut etiā petrus ꝓpter gratiā spūs bariona.i.filius columbę vocat⁹ est. i ¶Filius cōso.Rab. Vel propter elemosynā qua pauperes cōsolatus est. Vel pro mercedis cōsolatione quā meruit a deo accipere.Vel quia dignus habitus est,qui pro iuda cōsolaretur apostolos.

locut⁹ in quo erāt cōgregati:& re- a
a ¶Hoc donum postulauerāt, vt cum fiducia possent loqui.
pleti sunt oēs spūsc̄tōsancto:& loque
a bant verbū dei cū fiducia:† Multi- b
a ¶quia dictū est:dn̄s augebat & multiplicabant. b ¶vnus sensus,anima vna & vna voluntas erat oīm. a ¶nō hoīm,sed earū rerum quas possidebant.
b tudinis aūt credētiū erat cor vnum
c &aīa vna.Nec quisq̄ eorū quæ pos c
sidebat,aliqd suū esse dicebat:sed
¶fiducię vel signorū.
d erant illis oīa cōmunia.Et virtute d
a ¶hoc proprie erat eorum quibus dictum est:Eritis mihi testes in hierusalem.
e magna reddebant apl'i testimoniū e
a ¶quā maxime oderāt:& quod fidei principale est iudiciū. a ¶spiritussancti vel cōicationis:de qua sequitur:Vendentes &c.
resurrectionis iesu christi domi-
ni nostri : & gratia magna erat in f
omnibus illis.† Neq; enim quisq̄ g
egens erat inter illos: Quotquot h
enim possessores agrorum aut do-
morum erant : vendentes affere-
bant precia eorum quæ vendebāt:
a ¶ad gressum,vel quasi ad genua ꝓcidētes.
& ponebant ante pedes apostolo-
rum. † Diuidebant autem singu-
¶non ſm ꝓsonas & munera,sed ſm indigētiam.
f lis prout cuiq; opus erat.† Ioseph i
a ¶ioseph. ¶vendentes afferebant precia:& ioseph.
g autem qui cognominatus est bar-
h nabas ab apostolis:quod est inter-
i pretatū filius cōsolatiōis: leuites
cyprius† genere:cum haberet agrū k
¶vbicumq; vel quacumq; occasione.
a ¶causa dispersionis. b ¶al's illum. c ¶nō partem aliquam,sed integrum agri preciū.
vendidit eum: & attulit precium: l
a ¶vt cōmune fieret omnium.
& posuit ante pedes apostolorum. m

sancta.& primo generaliter.secundo specialiter,ibi:Ioseph.Circa primū dicit:Multitudinis aūt credentiū erat cor vnum & aīa.v.Nā cōiūcti erant adinuicem charitate maxima. c ¶Nec quisquā eorū quæ possi.aliquid suū esse dicebat.sibi vel suæ familiæ appropriādo.& ex hac ꝯgregatione habuit ortū omnis religio. C d ¶Et virtute ma.in signis & ꝓdigiis virtute diuina factis. e ¶Reddebant apl'i testimonium.diuinis miraculis cōfirmatum. f ¶Et gratia ma. erat in omnibus illis.s.gratia dei ad seipsos, & omniū ipsoꝝ adinuicem ideo subdit. †s.2.a. g ¶Neq; em̄ quisquā egens erat inter illos.& subdit causa. 8.dis.§.1. h ¶Quotquot em̄ possessores agrorū &c.& patet lr̄a. &.1.q.2. i ¶Ioseph autē.Hic cōsequenter ponit §.1.&.q. exemplum in speciali de ista cōicatiōe sociali.Et diuidit in duas partes.in partem 1.ca.2.& capi.scimus.De principalem & incidētalē:quæ incipit in principio ca.sequentis.Circa primū dicit sū.tri.ca. dānam⁹. Ioseph aūt qui cognominatus est barnabas.Iste ſm Hiero.in libro illustrium virorū:fuit ille q cū paulo vocat⁹ fuit ad apostolatū:vt habetur infra. xiij.Et fuit alius ab alio ioseph q cū matthia accæpit sortes.s.i.capi.vt dr̄.in historia scholastica.Et hoc videt verū:quia ille cognominatus est barsabas,iste vero barnabas:& qa ille fuit filius alphei,& sic de galilea oriundus:iste vero dicit cyprius.i.de cypro natus.dr̄ em̄ genere leuites de qua tribu non videt fuisse alpheus. k ¶Cum haberet agrum vendidit eum.Licet em̄ †s.2.g. leuitæ non haberēt agros in iudæa:tamē 1.q.2.ca. poterant habere in alia terra.Parentes au pastor ec tem istius tempore antiochi,vel alterius clesiæ.& tyranni fuerant ad insulam cypri trans- 12.q.1.ca. lati:vbi agros licite poterāt habere & eos 2.&.c.vi vendere. dentes. l ¶Et attulit precium. integrum,nihil sibi retinendo. m ¶Et posuit ante pedes apostolorum. vt inde prouideretur cōmunitati ſm dispositionem eorum. D

✻ b ¶Multitudinis autem creden. Moral'. erat cor vnum &c.Q̄uis aūt omnes christiani debeant in charitate christi vniri: †12.q.1. c.qa tua. specialiter tn̄ viri religiosi.Nā religionū institutio ortū habuit ex hoc loco.Et adhuc speciali⁹ vniri debent charitate fraterna q sunt de religione vna:vt sic eorū sit cor vnū & aīa vna.Et qm̄ i moralib⁹ magis mouent exēpla q̄ verba:iō ponit hic al's nō habet† gn̄e vn⁹ ꝓ exēplari,cū dr̄: i ¶Ioseph aūt q cogno.est barsa.&c.Ioseph aūt interp̄tat accrescēs:p qđ significatur,ꝙ oīs religionē ingrediēs debet eā ingredi sub firmo ꝓposito spūaliter ꝓficiēdi.Barsabas interpretat filius quietis,vel ꝯsolationis. nā regionē ingrediens & ibi ꝓficiens cōsolatus est de statu suo:& sil'r alii fratres cōsolati sunt de ipso.Dicit etiam cyprius genere.Cypri⁹ aūt mœrens interpretatur:qa bonus religiosus debet esse mœrens ꝓ peccatorū suorū expiatione,& pro cœlestis glorię dilatiōe. k ¶Cū haberet agrum vendidit eum.Nam religiosus ꝓfessionē non facit nisi expropriat⁹. l ¶Et attulit preciū.s.totū. m ¶Et posuit ante pedes apostolorum.Nam de hoc debet dispensari per ordinationem superiorum.

NICO. DE LYRA

✻tio petitionis eorum.s.ꝙ glorificatio noīs christi per terrenas potestates non impediret:& ꝙ finaliter terrenæ potestates christi iugo subiicerent.Qđ adimpletū patet:qa tpe persecutionis ecclesiæ maxime creuit fides & nomen xp̄i:& ipsius iugo submiserūt colla multi principes:maxime a tpe constantini. a ¶Et repleti sunt oēs spūsancto.per augmētū charitatis & gratię. b ¶Multitudinis autem cre. Hic ꝯn̄r describitur credentiū conuersatio sancta

¶In ca.iij.vbi dr̄ in postil.Si em̄ petrus sic ei respōdisset spem recipiendi aliquid ab eis nō dedisset &c.

ADDITIO. Licet petrus in sua respōsiōe nō dedisset spē claudo illi recipiendi aliquid ab eo ꝓut verba plane sonant:non tamen ex hoc sequitur,ꝙ claudus ille non sperasset se aliquid ab eis recæpturum.Chananæa enim licet audisset a domino.Non est bonum sumere panem filiorum,& mittere canibus quibus verbis christus nullam ei dabat spem impetrandi petitionem suam:nihilonimus illa tanq; sperans aliquid recipere,persistebat in sua petitione:vt patet Mat.xv.Vnde similiter posset in proposito dici . ideo glosa interlinearis in suo vigore stare videtur.

Universidad de Deusto Biblioteca

E ☞ VIr aũt &c. Seqtur: Cap. V. Tentauit. Raba. Præteritum ponit: quia perfecta erat tentatio. Tribus modis tentatio agit: suasione, delectatione, cõsensu: quod totum impletũ est in anania. b ¶Cur tentauit. Beda. Alia translatio: quare impleuit sathanas cor tuũ. Vbi notandũ: ꝙ mentẽ hoĩs iuxta substãtiã nihil implere põt nisi creatrix trinitas: qa tãtũmodo ẽm operationẽ & volũtatis instinctum aĩa de his quæ creata sunt impletur. Implet vero sathanas cor alicui⁹ nõ quidẽ ingrediẽs in eũ & in sensum eius neq; introiens aditũ cordis (siquidẽ hæc ptãs solius dei est) sed callida & fraudulẽta decæptione aĩam in affect⁹ maliciæ trahẽs per cogitationes & incẽtiua vitiorũ, qb⁹ plenus est. Impleuit ergo sathanas cor ananię, nõ intrãdo, sed maliciæ suæ virus inserendo. c ¶Et fraudare. Raba. In hoc videt mẽdaciũ fuisse: quia totũ vouerat. Meli⁹ est aũt nõ vouere, ꝙ post votũ nõ soluere spũisancto: d ¶Sed deo. Supra dixerat spũiscõ: patet ergo spm̃ esse deũ. e ¶Cecidit. Rab. Legũ initia semp vindictis cõmendant. Duo filij aaron ignem offerentes cõsumunt. Oza sustinens arca mortuus est. Cecidit ille, vt cæteri preuaricatores exẽplo eius terreant. ¶Cecidit & expi. Be. Non causa quæst⁹ tam seuerã præuaricatiõis dedit sñiam: sed præuidẽs futura & zizania: quæ simplicitatẽ ecclĩæ prauis morib⁹ adulterarẽt. Ex his em̃ sarabaitarũ gen⁹ exortũ dr: q reb⁹ suis nequaꝙ derelictis, apl'orũ districtionẽ se custodire simulant. Nulla reos passus est pnia curari: sed ad timorẽ posterorꝝ noxiũ germen radicit⁹ amputauit. ¶Raba. Vt trãsgressores legis xp̃i (ꝗuis tpali morte non puniant) mortẽ sciãt sibi iminere æternã. f ¶Et fact⁹ est ti. &c. Beda. Anticipatio: qm̃ solius viri mortẽ ante vxoris exitum pauci audierãt: ꝗuis de paucis dici potuerit ꝙ timuerũt. g ¶Horarũ triũ. Raba. Paruũ tp̃s pniæ datur vxori: cuius culpa magis est venialis ꝙ mariti: vt quę cõsensit capiti. h ¶Dic mihi &c. Rab. Culpã vxoris interrogãs, declarat ex ipsi⁹ cõfessione: quã marit⁹ suã mõstrauerat in ope. i ¶Quid vtiq; &c. Increpatiue dictũ. vel sic distinguẽdũ: qd' q.d. quid est hoc? deinde sibi ipse respõdet & dicit vtiq; cõueni inter vos tẽtare spm̃ dñi. k ¶Tẽtare &c. Raba. Tentatio spũs in hoc erat ꝙ pbauerũt quãta sit eius scientia. l ¶Sepelierunt. Raba. Ex hoc multi exemplũ sumũt: vt vxores viros suos sepeliãt. Alij indignũ putãt vt de præuaricatorib⁹ exẽpla capiãt qb⁹ in crimie simul & morte & sepultura meritũ, æquale fecerat cõsortiũ. ☞Apostolorũ

Tribus modis fit tentatio.

Leui.10.a 2.Regũ 6.b.

F

NICO. DE LYRA

VIr aũt quidã. Hæc Cap. V. est pars incidẽtalis in qua occasione ioseph q totũ preciũ fideliter cõmunicauit: ponit exemplũ de anania: q per oppositũ partẽ defraudauit. nam opposita iuxta se posita magis elucescũt. Et diuidit in duas ptes, qa primo ponit culpa. scd'o pœna, ibi: Audiẽs aũt. Circa primũ dicit: Vir aũt &c. & patet lr̃a vsq; ibi: b ¶Cur tẽ. sa. &c. Promiserãt em̃ deo oẽs de societate illa viuere sine pprio: & sic mẽtit⁹ deo fuit ptẽ sibi appropriãdo. mẽtit⁹ ẽt fuerat hoĩb⁹, dicẽdo ꝙ erat totũ agri p̃ciũ: sicut patet per

Diuisio.

a ¶Nomen eius primo nõ ponitur vt ioseph: quia istũ culpa ignobilem fecit.

VIr autem quidã Cap. V. a nomine ananias cũ saphyra vxore
a ¶iõ fraus fuit: qa totũ vouerat sicut cęteri.
sua vendidit agrum: & fraudauit
a ¶q̃ qa ꝯsors crimis merito fuit & mortis.
de precio agri cõnscia vxore sua: & afferens partem quandã ad pedes apostolorũ posuit. Dixit autẽ
a ¶ꝗuis añ pedes apl'orũ posuisset: tñ petr⁹ q̃si princeps apl'orũ loqt. b ¶icrepatio est.
b petrus † Anania: cũr tẽtauit sathanas cor tuum mẽtiri te spirituiscõ
a ¶contrarius spirituisancto contradicit.
a ¶poteras aliter agere. qa nonne manẽs &c.
c & fraudare de precio agri? Nõnne d
a ¶tuũ erat: tibi pficere poterat. b ¶qd' nũc.
manens tibi mãnebat: & vẽnundatum in tua erat põtestate? Quare f e
a ¶priusꝗ venũdaretur: qa nõ cogimur, sed suademur pfecti esse dño dicente: Si vis pfectus esse: vade vende oĩa quæ habes &c.
a ¶definito ꝯsilio stabiliuisti. b ¶qd' custodire debueras. ¶mentiendi vel fraudandi.
põsuisti in corde tuo hãnc rẽ? Non g
a ¶quod putat secretũ apparet p ifidelitatẽ. b ¶qui scrutatur corda.
d es mẽntitus hoĩbus, sed dẽo: Au h i
¶perdes omnes qui loquuntur mendaciũ.
e diens aũt ananias hæc verba, ceci k
a ¶spm̃ emisit. b ¶hæc velox vindicta magnũ timorẽ incussit. a ¶corda fideliũ oim.
f dit & expirãuit. Et factus est timõr l magn⁹ † sup õẽs q audierũt. Surgẽ m tes aũt iuuenes, amouerũt eum: & efferentes sepelierũt. Factũ est autẽ n
g quasi horarũ trium spaciũ: & vxor
¶nesciens maritum mortuum esse.
ipsi⁹ nesciẽs qd' factũ fuerat, introi
a ¶rei, nõ ṽbo: introitu i vxoris, nõ sermõi.
h uit. † Rẽspondit aũt ei petrus: Dic
¶Si tãti precij partẽ illã apparet fuisse: qd vtiq; conuenit &c. ¶apparet partẽ illã p̃cij fuisse præsentem.
mihi mulier: si tanti agrum vẽn o didistis? At illa dixit: Etiam tanti. p q
i Petrus autẽ ad eam: † Quid vtiq; r
a ¶taliter vt prædictum est. ¶nõ nos hoies
k couenit vobis tentãre spiritũ dñi?
qd' putabatis. a ¶breui narratione totũ cõcludit: qui enim sepelietur mortuus est.
Ecce pedes eorũ qui sẽpelierunt: s
a ¶ad sepulchrũ. ¶hac breuitate etiam eam moriturã ostendit. a ¶qa nõ solũ q faciũt, sed & q ꝯsentiũt facientib⁹ digni sũt morte.
virum tuũ ad ostium: & efferent te. t
Confestim cẽcidit ante pedes eius
a ¶qui ad ostium steterũt.
& expirauit. Intrãtes aũt iuuẽnes
a ¶vt ante dixerat: et efferẽt te.
inuenerũt illam mortuã: & extũle
l runt & sepelierũt ad virum suum. Et factus est timor magnus in vni v
a ¶congregatione fidelium credentium.
b ¶etiam incredulos.
uersa ecclẽsia: & in õẽs qui audi x

patet per verbũ vxoris suæ. ĩ. dicẽtis: ꝙ p tãto pcio agrũ vẽdiderãt, q̃ erat cõscia tacti vt pmissum est: & p ꝯñs pbabile vr̃ ꝙ ipsa & vir su⁹ cõuenerãt in modũ loquẽdi de ista vẽditione, & respõdẽdi. c ¶Et frauda. &c. Retinere ei sibi soli quod est cõe & occulte, est cõmunitatẽ defraudare. d ¶Nõne ma. ti. ma. &c. scilicet ante votũ. e ¶Et venũ. in tua &c. q.d. tũc poteras agrum vendere vel retinere: & de precio tuã volũtatẽ facere, nec aliquis coegit te votum facere, & cõitatẽ istam intrare. f ¶Quare p. i. c. t. h. rẽ. i. dictam fraudẽ. volebat em̃ de medietate precij habere expensas cões, sicut & alij: & de alia medietate viuere lautius in occulto. g ¶Nõ es men. ho. scilicet solum. h ¶Sed etiã deo. vt patet ex prædictis. i ¶Audiens autem. Hic ꝯñr ponitur pœna, cũ dicitur k ¶Cecidit. subito a deo pcussus. Trãsgressiões em̃ alicui⁹ legis seu ordinatiõis grauiter sunt in principio puniendæ: vt lex firmetur: & alij terreant. & hoc mõ nadab & abiu filij aarõ offerẽtes ignem alienũ: pcussi fuerũt a deo in die suarꝝ cõsecrationũ: Leui. x. a. Et colligẽs ligna in sabbato lapidatus. Nu. xv. d. ideo subditur: l ¶Et factus est ti. retrahens alios a cõsimilib⁹. hoc tñ dicitur hic p anticipationẽ qa pauci adhuc sciebãt hoc factũ. qd' patet ex ei⁹ vxore postea veniẽte & factũ penitus ignorante. m ¶Surgẽtes autem iu. &c. Ex hoc aũt dicũt aliq: ꝙ ananias audiẽs verbũ petri pœnituit: & mors illa sibi p expiatiõe culpæ fuit. nam petr⁹ puidit, ꝙ religiosi morientes proprietarij forent ecclĩastica sepultura carituri: et sic nõ pmisisset ananiã sepeliri nisi pœnituisset cũ esset ordinator ecclĩę: sed quicqd sit de veritate, hoc nõ videt valere: qa nõ dicitur hic vbi fuerit sepult⁹. s. ĩ loco sacro vl' non sacro: & videt magis ꝙ in loco nõ sacro & occulto. Si em̃ portat⁹ fuisset ad cymiteriũ cõe: probabile videretur ꝙ vxor sua sciuisset. Alibi aũt sepeliri pñt pprietarij. n ¶Factum est autẽ. Hic ꝯñr ponitur pœna vxoris: & patet litera vsq; ibi: o ¶Si tanti agrum vẽ. i. p tanto precio & non maiori. & expressit petrus precise summam quã vir eius posuerat in cõitate: q̃ rñdit: p ¶Etiã. i. certe. q ¶Tanti: precij. r ¶Quid vtiq; cõuc. vo. tẽ. spiri. do. Hæc enim fraudatio dicit dei tẽtatio: qa p ipsam exquisierunt experiẽtiã de dei noticia occasionaliter, illã fraudẽ grauiter puniendo. Tẽtare enim est experimentũ accipere de aliquo. s ¶Ecce pedes eorum qui se. vi. tu. iam reuersi de c. qd' in eius sepultura. t ¶Et efferent te. punitã terrogasti pœna. Cætera patẽt vsq; ibi: v ¶Et sic factus est timor magnus in vniuersa ecclesia. i. in conuersatione credẽtium in christum, retrahens quemlibet de congregatione a simili transgressione. x ¶Et in omnes qui audie. hæc. nã alij qui nõ ponebãt sic bona sua ĩ cõmuni: nihilomin⁹ ✳ex hoc

G

†12.q.1. ca.2.& 17.q.1.ca. ananias. 23.q.4.c. qd' christus. &c. ea vindicta. in si. &.q.si. legi. &c. occidit. &. ca. petrus.

Als† in.

H

Als† Dixit.

†27. dis. c. qd' in

Moraliter. a ¶Vir autem quidã &c. Postꝗ in fine præcedentis capitu. positũ est exemplum boni religiosi: ponit exẽplũ mali vt opposita iuxta se posita magis elucescant. Per ananiam enim & eius vxorem de agri precio defraudãtes significantur quæcũq; personæ religiosæ viri vel fœminę proprietatis vitio deprauatę: & sic ananias et ei⁹ vxor subito morte corporali pro suo peccato fuerũt puniti. Sic religiosi proprietarij nisi pœniteant, pu✳nient

Moral.

☞ a ¶Apostolorum. Nõ solius petri: licet pro honore ei⁹ cæteri taceant: nõ tñ facta eorꝝ tacent. b ¶Vnanimiter oẽs. Raba. vt. s. dictum est. In hoc mirandi sunt: qa magnitudo gratiæ nõ fecerat sensus diuersitatem. c ¶Cæterorum &c. Exemplo ananiæ, & vxoris pœna em̃ duorꝝ qui fraudulenter eis se cõiunxerãt cæteris tribuit exemplũ. d ¶Augebat creden. in do. mul. Rab. Tanta erat multitudo credentium, vt fidei crescente fortitudine sola sufficeret vmbra. Vel tot erant tunc infirmi a credentibus allati: vt eum oẽs non possent cõtingere. e ¶Saltẽ vm. Beda. Tunc petrus vmbra corporis sui inuisibiliter alleuiabat infirmos: qui nunc inuisibili suæ intercessionis vmbraculo fideles infirmos roborat: Et quia etiã petrus figura est ecclesiæ, ipse rectus incedit: sed vmbra iacentes erigit: qa ecclĩa cœlestibus intendens quasi vmbraticæ trãscurrit in terra: & hic sacramentis & figuris cœlestiũ renouat, quos illic perpetuis donis remunerat. Raba. Implet sñia dñi. Qui credit, opa quę ego facio & ipse faciet, & maiora horꝝ faciet. f ¶Hæresis. Beda. Raba. Hæresis scissio interpretat. Vel hęresis ab electiõe: quia spretis aliorꝝ dictis qd' sequendũ putat eligit. g ¶Saduceo. Beda. Saducei interpretantur iusti dicti a sadoch sacerdote: vel propter genus vel propter mores: iustificantes autem seipsos vendicabant sibi quod nõ erant: corporꝝ resurrectionem negantes: aĩas cum carne perire dicebant: sed nec angelũ, neq; spm̃ vllum esse credebant: omes scripturas præter libros moysi respuebant: & ideo maxime principib⁹ in persecutione apostolorum consentiebant, qui virtute & signis reddebant testimonium resurrectionis christi. h ¶Angelus autem domini per &c. Beda. Non dubitat thomas christum carnem, & ossa habuisse quem ianuis clausis vidit intrasse: ecce ipse cum socijs mortali adhuc carne vestitus clausis ianuis egreditur. ☞Vitæ hu

Ioh.14.b

NICO. DE LY.

✳ex hoc facto fuerunt: territi cogitãtes seueritatem vltionis diuinę. a ¶Per manus autem. Postꝗ superius posita est prædicatio petri apud iudęos singulariter: hic consequenter ponit eius prædicatio apud eosdem cum alijs aplĩs cõiter. Et diuiditur in duas partes. nã prĩo describit hæc p̃dicatio tanꝗ virtuosa. scd'o ex hoc oritur iudæorum concitatio venenosa, ibi: Exurgens aũt. Circa primum ostẽdit apl'orum p̃dicatio virtuosa ex duobus. s. ex miraculis eã cõfirmãtibus: & ex multiplicatione credentiũ ad exhortationẽ apl'orũ: & hoc est qd' dr. Per m. aũt apo. &c. in plæ. Nõ dicit in principib⁹: qa nõ credebãt: paucis exceptis q occulte xp̃iani erant: vt gamaliel, nicodemus, & aliq alij. b ¶Et erant vna. oẽs. s. apl'i. c ¶In porticu salo. vbi erat locus orationis & prædicationis. d ¶Cæterorũ autẽ nemo audebat con. &c. ficte. s. timẽtes pœnã quæ venerat sup ananiã, & eius vxorẽ. e ¶Sed ma. eos po. ppter curationes & miracula q̃ fiebãt: & qa bona p malis suis psecutorib⁹ reddebãt: & subdit de multiplicatione credentiũ cũ dr: f ¶Magis aũt au. &c. patet lr̃a vsq; ibi: g ¶Vt ve. pe. sal. vm. &c. in quo ponit differentia petri ad alios apl'os in opatione miraculorꝝ. Nã alij apl'i curabãt infirmos: p tactum manuũ: sicut dr. s. Per man⁹ apl'orꝝ &c. Petr⁹ aũt nõ solũ per tactũ, sed etiã p vmbrã: qd' est mai⁹: qd' fiebat ad oñdendũ, ꝙ erat principalis apl's. Sciẽdũ tñ ꝙ si cõsiderent miracula ex pte ṽtutis actiuæ vnũ nõ est maius alio: qa oĩa fiũt ṽtute diuina infinita: cũ sint opa totã ṽtutẽ naturę creatę trãscendẽtia. Si aũt ꝯsiderent ꝗtũ ad rẽ factã: sic vnũ est mai⁹ alio: sicut suscitatio mortui ꝙ curatio leprosi: & curatio leprosi ꝙ curatio subita lãguidi. Silr si ꝯsiderẽt ꝗtum ad modum

a ¶non tm̃ per verba vel vmbrã sicut de petro dictũ est. ¶amplior cã timoris describit & zelus principũ q infra dicit suscitatur.
a erant hæc. † Per mãnus aũt aposto a lorũ fiebant signa & pdigia multa
¶vnde succenditur zelus sacerdotum.
b in plæbe. Et erant vnanimiter om b
a ¶sapientes. b ¶in domo sapientis vbi orõni simul instabant & doctrinæ.
c nẽs in põrticu salomonis. Cætero c d
¶infidelium. ¶ficte.
rum autem nemo audebat coniungere se illis: sed magnificabat eos e
a ¶a longe stans & stupens. b ¶crescebat.
d populũs. Magis autem ãugebatur f credentium in domino multitu
¶nullus sexus a regno dei excluditur: nõ est em̃ personarꝝ accæptio apud deum.
do virorum ac mulierum: ita vt in
¶quæ factæ erant.
plateas eiicerent infirmos: & po
a ¶qualibuscũq: ad distinctionẽ grabatorꝝ.
nerent in lectũlis & grabatis: vt veg
¶quasi principe.
e niente petro saltem vmbra eius obumbraret quemq̃ eorum: & liberarentur oẽs ab infirmitatib⁹ suis.
a ¶præter habitatores hierusalem.
Concurrebat autẽ & multitudo ũicinarum ciuitatum hierusalem: af
a ¶morbis & doloribus.
ferentes ægros & vexãtos a spiriti
¶ad differentiam bonorꝝ spirituum.
bus immundis: qui curabant oẽs.
¶ad tenendos apostolos.
Exurgens aũt princeps sacerdotũ: h
a ¶hæc hæresis vna fuit de septẽ hæresibus iudæorum.
f & oẽs q cũ illo erant: quæ est hærẽ
a ¶hunc fructum zelus protulit. ¶qui non modo incæpit: sed illa hora ad plenitudinẽ maliciæ peruenit.
g sis saduceorum: repleti sunt zelõ: i † & iniecerũt manus in apostolos:
a ¶siue ppter firmitatẽ carceris: siue ppter celebritatem virtutis factę in publico.
& posuerunt eos in custodia pũ k
a ¶ad differentiam mali.
h blica. Angelus autem dõmini per l noctem aperiens ianuas carce

ꝗtum ad modum faciendi: sic maius est curare leprosum: vel languidum solo verbo ꝙ tactu: & p vmbrã ꝙ per verbũ. verbũ em̃ est aliqd pcedẽs ex hoĩe habẽs virtutẽ: sed vmbra nihil est ipsius sed tm̃ priuatio lucis ex interpositione corpis. Et qa xp̃s nõ legit curasse per vmbrã sicut petrus. ideo videt impletũ fuisse qd' dixit Ioh. xiij. b. Qui credit in me, opa quæ ego facio: & ipe faciet, & maiora horum faciet. Cætera patẽt in lr̃a. h ¶Exurgẽs autẽ. Hic ꝯñr ponit sacerdotũ cõcitatio venenosa. nã cõcitati inuidia q̃ venenũ est aĩæ, voluerunt apl'os pdere: sed nõ potuerũt: diuina virtute eos ptegẽte. Et ẽm hoc residuũ huius ca. in quattuor partes diuidit: qa primo ponitur apl'orꝝ captio: scd'o captorꝝ increpatio, ibi: Et interrogauit. tertio increpatorꝝ excusatio, ibi: Rñdẽs aũt. quarto excusatorꝝ dimissio, ibi. Cõsenserũt aũt. Prima adhuc in tres: qa prĩo ponit apl'orꝝ iniuriosa captio. scd'o eorꝝ miraculosa liberatio, ibi: Angelus aũt. tertio eorꝝ cautelosa reductio, ibi: Tũc abijt. Circa primũ dr: Exurgens prin. sa. &c. Ex hoc videtur: ꝙ ipse, & qui cũ illo erãt de secta erant saduceorum: qui negãt resurrectionẽ, & spm̃ & angelum: vt habet. ĩ. xxiij. ideo subditur: i ¶Repleti sunt ze. i. inuidia & ira: nam apl'i prædicabãt in iesum resurrectionẽ ex mortuis: vt dictũ est. s. in pricipio ca. p̃cedentis. Dicunt aũt saducei a sadoch qd' est iusticia in hebręo: nam saducei inter alios iudæos erant in iudicijs & punitionibus acerrimi: vt dr in scholastica historia: propter qd' sibi nomen iusticiæ vsurpabant. k ¶Et posuerunt eos in cu. pu. i. in carcere, in quo ponebant malefactores publici homicidæ, latrones & hmõi. l ¶Angelus aũt. Hic ꝯñr ponitur apl'orꝝ mirabilis liberatio: & scd'o huius liberationis admiratio, ibi: Adueniens aũt. Circa primũ dicitur: Angelus autem &c. ape. &c. Dicit hic quædã Glo. ꝙ nõ aperuit ẽm rem, sed ẽm apparentiã: quia eduxit eos per ianuas clausas ita libere ac si essent aperte. Et circa hoc non est dubium, ꝙ hoc potuit fieri virtute diuina: sicut corpus christi nondũ gloriosum exijt de vtero virginis clauso: sed non potuit fieri virtute angelica, quæ se non extendit ad faciendum duo corpora esse simul. Potuit tamen angelus virtute propria ianuas aperire, & claudere sicut prius: & huic modo educendi apostolos videtur littera magis concordare.

C

†De ꝯse. di.5.c.de spiritu.

Diuisio.

D

✳Item & stan.

✱ditur. a ¶In his sec̄da mors. i. pœna gehēnæ. b ¶Non habet ptātem: sed erūt sacerdotes dei &c. i. colētes eū charitate pfecta. d ¶Et regnabunt cū illo mille annis. hoc est vsq; ad resurrectionē generalē: & sic patet q̄ loquitur de gloria quā habēt sancti ante diē iudicij. Patet igitur qualiter hęc litera a principio .xvij. ca. vsq; ad istū locū pōt exponi vt iam completa. Verūtñ hæc expositio impropria videť in plurib⁹ & extorta. prio qa .xvij. cap̄. dictū est q̄ per bestiā habentē capita septē intelligiť rex ægypti: & per mulierē fornicariā rex turcię: & postea dictū est: q̄ vnū de septē capitib⁹ bestiæ. s. sextum est rex turciæ qđ dissonat p̄cedētib⁹: maxie qa rex ægypti & rex turciæ erāt adinuicē inimici: vt in eo. cap̄. dictū est. & etiā supra. Itē cap̄. xviij. vbi agiť de punitione sectæ saracenicæ sub noīe babylonis plura dicunť, ex qbus videť intelligi totalis eius destructio, cū dr̄: Cecidit cecidit babylon magna: & facta est habitatio dæmonio℞ &c. Itē ex eo qđ postea subdiť. In vna die veniēt plagæ eius: mors & luctus & fames & igni cōburenť. Itē ex eo q̄ postea subdiť in eo. ca. Hoc impetu mittetur babylon ciuitas illa magna, & vltra iam nō inueniet: ex qb⁹ videť intelligi ei⁹ destructio totalis s̄m expositionē dictā: cū tñ saraceni remāserūt in regno ægypti & turciæ: quæ tūc nō fuerūt per xp̄ianos acqsita, nec postea: sed solū vna pars syriæ & iudæa: & cū hoc ista loca perdiderunt christiani pro maiori parte tpe saladini quasi per .lxxx. annos postq̄ fuerāt a christianis occupata: & postea illa quæ remanserant christianis, scilicet achon, tripolis & quædam alia fuerūt a saracenis partim destructa: & partim possessa. Itē quod postea .xix. cap̄. exponiť de balduino rege. Et in capite eius diademata multa, ppter aliquas ciuitates regias quas acqsiuit, videť impropriē dictū: qa regnū eius nūq; sic creuit quin remāserit satis paruū. Itē qđ ibi subdiť: Habens nomen scriptū: quod nemo nouit nisi ipse: quia nomen dicti regis & eius cōditiones fuerūt aliis notæ talis etiā occultatio nominis videtur conuenire tantū diuinis personis. Mat. xi. d. Nemo nouit filiū nisi pater: neq; patrē quis nouit nisi filius &c. ppter qđ hæc litera nō videť intelligi de rege balduino: sed tm̄ de xp̄o. vnde ibi subdiť. Et vocabiť nomen eius verbū dei: quod nomen cōuenit soli filio in diuinis: vt patet Iohan. j. b. Verbum caro factū &c. Itē quod postea subdiť. Et habet in vestimēto suo & in femore suo scriptū: rex regū & dn̄s dominantiū: de christo exponiť ad literā a sanctis & doctorib⁹ catholicis. Itē illud quod ibidē interponiť. Et exercitus qui sunt in cœlo sequebanť eū &c. quod expositū est de templariis & hospitalariis, nō videtur bene dictum. nam illa victoria notabilis quæ ibi describiť, fuit anno regni balduini: vt dictum est. s̄. qui regnare cœpit anno domini M. c. ordo vero templariorum approbatus fuit anno domini M. cxxviij. & exēplo templario℞ hospitalarij cœperūt in armis exerceri: licet ante eos fuissent instituti: vt dicit ep̄s achonensis cap̄. lxv. & sic non videtur q̄ fuerunt in exercitu dicti balduini regis, qui regnauit .xviij. annis tantum: vt dicit idem episcopus achonensis. cap̄. xciij. Item s̄m expositionem prædictam omnia scripta in trib⁹ dictis cap̄. huius libri ab annis ducētis & amplius sunt completa

Retractatio superiorum. F I. Ti. 6. c.

a ¶qa beatitudinē ɔsecut⁹. b ¶qa in ea erit firmus. ¶& vere beatus.
a Beatus & sanctus q habet partē in
b resurrectiōe prima. †In his secūda a
c mors nō habet ptātē. Sed erūt sa- b
a ¶in hoc præsenti. ¶.i. seipsos in meli⁹ regent. ¶non solum in futuro de quo constat.
cerdotes dei & xp̄i ei⁹: & rēgnabūt d
a ¶cū trinitate & humanitate.
cūm illo mille annis: & cū cōsūmati e
a ¶.i. recipiet priorē ptātē.
fuerint mille anni soluet sathanas f
a ¶id est exercebit potestatē. b ¶a christo ad se ducet.
d de carcere suo: & exibit & seducet g
gētes quæ sunt sup q̄tuor angulos
a ¶tectū. b ¶detectio. ¶.i. occulte & manifeste psequetur. c ¶nō localiter, sed mēte.
e terræ gōg & māgog: & cōgrēgabit h i
a ¶p q̄s apte pugnabit. b ¶gog & magog.
cōs in p̄liū: quorū nūerus est sicut
¶ita inumerabiles & steriles. a ¶.i. supbiēt.
arena maris. Et ascenderunt super k
a ¶id est in orbe. b ¶quasi inuadentes: intrare nō potuerūt. c ¶paratos ad bellum.
f lātitudinē terræ: & circūierūt castra l
a ¶ecclesiam sanctorum. b ¶a deo.
sanctorum: & ciuitātem dilēctam. m
¶Q. nō timendi, qa cito pibunt. ¶repētin⁹
Et descendit ignis a deo de cœlo n
interitus. a ¶ita q̄ nō redibūt.
& dēuorauit eos: & diabolus qui o
a ¶profundā pœnam inferni.
seducebat eos missus est in stā-
a ¶Diabolum & suos in pœnis simulat: vt per hoc maxime deterreat.
gnum ignis & sulphuris: vbi & bē p
stia & pseudo prophetæ cruciabū- q r

sunt cōpleta: vt patet ex prædictis. litera vero sequens & immediate exponitur ab oib⁹ de tempore antichristi. Q̃ autem de statu ecclesię q̃tū ad contingentiam in tanto intermedio tēpore cū adhuc aduētus antixp̄i propinqu⁹ nō appareat, nihil scripsit Iohannes: non videtur conueniens. maxime cum dicatur cōmuniter a doctoribus: q̄ iohānes in hoc libro scripsit notabilia circa ecc̄liam cōtingentia vsq; ad mundi terminū. Propter hæc & alia plura q̃ dici possent ɔtra expositionem prædictam videtur saluo meliori iudicio: q̄ tota l̄ra a principio .xvij. ca. vsq; ad locum istum nondum sit impleta. Et quia non propheta sum, nec fili⁹ prophetę nolo de futuris aliquid dicere nisi illud quod a scripturis sancta vel dictis sanctorum & doctorum autenticorum elici potest. propter quod expositionem literę dictæ sapientioribus dimitto. si vero circa hoc dominus dederit mihi intellectum, libenter aliis communicabo. e ¶Et cū consummati. Hic describitur persecutio antichristi: de qua sacra scriptura & sancti loquuntur in pluribus locis, cum dicitur: Et cum consummati fuerint mille anni. id est tempus ecclesiæ vsq; ad tempus antichristi. f ¶Soluetur sathanas. cuius potestas fuit restricta per christi prędicationem & eius passionem. & per apostolorum & sanctorum prædicatorum doctrinā: sed relaxabitur antichristi tempore. ideo subditur: g ¶Et seducet gentes quæ sunt sup quatuor angulos terræ &c. quia de omnibus mundi partibus aliqui adhærebunt antichristo seducti a suis prædicatoribus, diabolo cooperante mendacibus signis. ij. Thessal. ij. sicut euāgelium christi publicatum fuit per apostolos domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis veris. Marci. vlti. d. h ¶Gog & magog. Per gog qui interpretatur tectum: intelligitur antichristus, qui erit dæmonis habitaculū: per magog qui interpretať de tecto intelligunť adhærentes antichristo sicut dictum fuit plenius Ezechieł. xxxix. i ¶Et congregabit eos in prælium. contra cœtum fidelium. k ¶Et ascenderunt sup lati. ter. ad cogēdum omnes antichristo obedire. loquitur tamen hic de futuro per modum præteriti: ppter certitudinē prophetiæ, quod frequenter fit in prophetia.

G al's habet †Et. H

l ¶Et circumierunt castra sanctorum. id est christianorum ad eos destruendum. m ¶Et ciuitatem dilectam. Id est hierusalē quæ tunc a christianis habitabitur. vt dictum fuit Ezech. xxxix. n ¶Et descendit ignis a deo de cœlo: quia antichristus fulminabitur per michaelem archangelum christo præcipiente: & magna pars sui exercitus peribit cum eo. vt dictum fuit. ij. Thessal. ij. o ¶Et diabolus qui seducebat eos missus est in stagnum ignis &c. quia tunc restringetur sicut prius: & amplius potestas sua religabitur in inferno. p ¶Vbi & bestia. Id est bestialiter viuentes. q ¶Et pseudo prophetæ. antichristi qui eos decipient. r ¶Cruciabuntur die ac nocte &c. Id est sine fine. Per hoc autem q̄ dicitur hic. Et circumierunt ciuitatem dilectam: & descendit ignis &c. patet q̄ Iohannes non loquitur hic de tartaris vt voluerunt aliqui dicere: quia non inueniunť tartari hierusalem a christianis habitatā obsedisse: nec ignis de cœlo descē ✱dens eorū

Moraliť. ✱ a ¶In his secunda mors non habet potestatem. s. mors inferni. c ¶Sed erūt sacerdo. dei. id est sacras laudes deo dātes. d ¶Et regnabunt cum eo mil. annis. i. tempore a deo præfinito: ita q̄ ponitur hic numerus determinat⁹ pro indeterminato. sicut frequenter fit in hoc libro: sicut patet per supradicta. e ¶Et cum consum. fuerint mil. an. soluetur satha. &c. Hoc ad literā dr̄ de antichristo. Moraliter aūt exponi pōt de quolibet tyranno & adhærentibus sibi: de quib⁹ dr̄. j. Iohā. ij. c. Iam antixp̄i multi sunt. n ¶Et descēdit ignis de cœlo. i. dei sententia condēnās eos ad ignem gehennæ. p ¶Vbi & bestia & pseudo pphetæ cruciabunť. Id est bestialiter viuentes & perniciose mendaces. ✱Et vidit thro

A ☞ mes in hoc bello. a ¶Die ac no. i. respectu gliæ sancto℞ quę est dies: & pœna℞ sua℞ quę est nox. b ¶Et vidi thro. Dicta destructione diaboli & suo℞ mēbro℞, supponit destructionē mundi ad maiorē pœnā impio℞. Cōpetit em̄ vt destructis malis mūdus destruatur, s̄m q̄ ab eis fuerat corruptus. Sæpe locutus de glificatione sancto℞ & de pœnis impio℞ nō fecerat mentionē corpo℞, si deberēt glificari vel puniri: qđ hic aperte ostēdit. c ¶Et libri aperti. Libri. i. diuina p̄cepta: q̃ q̄ dimiserunt, sciēt se p merito puniri. vel libri cōscientiæ singulo℞: quæ aperte oībus erūt. d ¶Alius liber. i. xp̄s q tūc oībus apparebit potēs & suis dabit vitā. Vel, liber. præsciētia dei: qa tūc apte sciēt mali se nō p̄destinatos ad vitā quā in mundo existētes sibi pmittebant. e ¶Ex his quæ scri. Per cōparationē sancto℞ impij dānabunť legent in illis quæ agere noluerunt. f ¶Et dedit. Vult aperte ostēdere corpora mortuorum quātumcūq; fuerint disiecta in illo iudicio viuificari: quod quidam nō credunt. g ¶Hæc est mors. q. d. cauete vobis a morte prima: quia ex illa prima sequitur hæc secunda. Ca. XXI.

ET vidi. In hac septima visione agit de innouatione elemēto℞ & glificatione sctō℞: describēs merita per q̃ sancti ita glificati sunt. i ¶Cœlū nouū & ter. nouā. Immutatio aeris & terræ dubitabilis nō est quin per ignem fiat. Sed de aqua dubitatur. nam purgationem in seipsa habere creditur. k ¶Sicut sponsam ornatam. Sicut sponsus p̄mittit munera sponsæ anteq; eam ducat: sic christus ecclesię fidem & virtutes & bona opera antequam eam suscipiat in gloria.

B ☞Vocē magnā

NICO. DE LY.

✱dens eo℞ exercitū deuorasse. e ¶Et vi. Superius iohānes descripsit statū ecclesiæ generalē iudiciū p̄cedentē: hic ɔñr describit ip̄m iudiciū, dicēs: Et vidi thronum magnum. In quo designatur iudicātis xp̄i potestas infinita. b ¶Candidum. In quo designatur iudicij claritas. qđ notū erit oībus esse iustum. c ¶Et sedente super eum. s. xp̄m hoīem & deū. d ¶A cuius con. fu. cœ. & ter. Nam tunc immutabuntur a statu in quo sunt. e ¶Et vidi mor. ma. & pu. quia sicut dicit apostol⁹. ij. Co℞. v. b. Oportebit nos oēs ma. ante tri. christi. f ¶Et libri aperti sunt. supple, cōscientiarum. nā oīa merita & demerita oībus erunt nota: vt sic appareat oībus iudicantis iusticia. g ¶Et alius liber aper. est qui est vi. Et hic liber idem est qđ p̄destinatio diuina, quæ diciť liber metaphorice: eo q̄ in ea repræsentantur expresse illi qui ordinati sunt simpl̄r ad cōsequendam vitam beatā qui liber aperietur in iudicio qa tunc apparebit manifeste q sunt ad beatitudinem assumendi: & qui non. h ¶Et iudicati &c. in libris. supple conscientiarum: quia non solū iudicabunť s̄m opera & dicta: sed etiam s̄m intentiones interiores & cogitata. i ¶Et dedit mare mortuos &c. Istud fiet ante iudicium, qđ præcedet resurrectio mortuorum: licet hic scribatur post: qa frequenter in sacra scriptura prius facta posterius narrantur. Resurgent autem tam dimersi in mari q̄ in arida mortui: quæ per mortē hic designatur: aīæ etiam in inferno detentæ redibunt ad corpora: licet iam sint mortuæ morte culpæ & gehēnæ. Ideo diciť hic. k ¶Et infernus de mor. su. &c. Repetitio est eius quod dictum est. s. ad maiorem assertionem l ¶Et infernus & mors mis. sunt

¶.i. assidue.
a tur die ac nocte in sæcula sæculorū.
a ¶ecclesiā. b ¶per multitudinē. c ¶per imortalitatem & impassibilitatem.
b Et vidi thrōnum māgnum cāndi- a b
a ¶.s. xp̄m sedentem in illis, qui hanc destructionem faciet.
dum: & sedēntem sup eum: a cuius c d
¶in præsentia. a ¶ab hac specie. b ¶.i. aer.
cōnspectu fūgit terra & cœlūm: &
¶s̄m priorem statum. ¶cœlo & terra.
locus non est inuentus ab eis. Et e
a ¶.i. malos tam maiores q̄ minores.
vidi mortuōs magnos & pusillos
a ¶corporaľr. b ¶qa sancti cōspiciūt merita singulorum. c ¶conscientiæ.
c stāntes in cōnspectu throni: & libri f
a ¶.i. præscia dei quæ mō latet.
d aperti sunt: & alius liber apertus g
a ¶id est mali.
est q est vitæ. Et iudicati sunt mōr- h
e tui ex his quæ scripta erāt in libris
☞¶qa alij pœna maior dabiť: alij minor. a ¶.i.
f s̄m opera ipsorum. Et dedit mā- i
mundus. a ¶.i. corpora mortuo℞.
re mōrtuos suos qui in eo erant: &
a ¶diabolus. b ¶.i. tenebra℞ locus. c ¶.i. animos mortuorum.
mōrs & infērnus dederūt mōrtuos k
suos qui in ipsis erant: & iudicatū
¶sine accæptione personarū.
est de singulis s̄m opera ipsorum.
a ¶profundi vitijs. ¶.i. locus tenebra℞.
b ¶.i. diabolus.
Et infernūs & mōrs missi sunt in l m
g stagnum ignis. Hæc est mors secū-
¶.i. ad fidem non p̄destinatus.
da stagnum ignis: & qui non est in
uentus in libro vitæ scriptus, mis-
sus est in stagnum ignis. Ca. XXI.
a ¶id est aerem innouatum.
h i ET vidi cœlūm nouum: & n
a ¶innouatam.
terram nōuam. † Primūm o
a ¶id est status ille quo prius erant amplius nō est necessarius.
ēnim cœlum & prima terra abiit:
¶s̄m priorē statum. ¶quia grossicies & amaritudo aufertur.
& mare iam non est. Et ego iohan- p q
a ¶.i. ecclesiā in omnimoda quiete positā.
b ¶.i. firmiter quod habet habituram.
nes vidi ciuitatem sanctām hieru- r s
a ¶.i. immortalē, impassibilē. b ¶.i. deū q est pax plene videntē. c ¶qa intellexit qcqd boni habet ecc̄lia a sola dei grā accæpisse.
salē, nouā descēdentē de cœlo ā deo s t
a ¶virtutibus cōpositā. v
k paratam, sicut sponsam ornātam vi

mis. sunt in sta. ignis. i. in pœnā gehēnæ: & per mortē hic intelligitur diabolus, cuius inuidia mors intrauit orbē terrarū. sicut sol dr̄ effectiue calidus & nō formaľr: dæmones em̄ sunt immortales. Per infernū aūt intelligunť pctōres dānati cū dęmonib⁹. sicut em̄ cōsentiūt eis in culpa: sic associabunť in pœna: Mat. xxv. c. Ite maledicti in ignem æternum &c. C Sap̄. 2. d.

Moraľr. ✱ a ¶Et vidi thro. mag. Hoc litteraliter exponitur de iudicio finali. Moraliter aūt exponi pōt de iudicio discretiōis, quo reprobi discernunť a bonis: qđ quidē iudicium est in p̄nti. s̄m qđ dr̄ Ioh. xij. Nunc iudiciū est mūdi &c. Et p thronū hic intelligitur auctoritas & ptās iudicādi diuina: iō thronus iste dr̄ magnus: nā ad oīa se extendit: & cādidus: qa clare discernit. color em̄ cādidus plurimū habet de luce. c ¶Et se. su. eū a cu. cō. f. ter. nā respectu dei nihil est oīs creatura. e ¶Et vidi mor. &c. Oēs em̄ viuētes in mundo mortui dicunť ppter necessitatē moriendi, & sic dictum fuit adæ: Gen. ij. c. Quocumq; die comederis ex eo, morte morieris. propter necessitatem moriendi quam incurrit comedēdo. h ¶Et iudicati sunt &c. in libris. s. conscientia℞. i ¶Et dedit ma. mor. suos &c. Per hoc significať q̄ nihil occultari pōt iudicio diuino. k ¶Et infernus & mors. i. hoīes ī pctīs obstinati: q dum adhuc viuūt dicunť diaboli. m ¶Missi sunt in sta. ig. i. ad mittendū puisi ppter qđ etiā viuentes dicunť stipula inferni. Ca. XXI.

ET vidi. Descripto finali iudicio: ɔñr describiť. ecc̄liæ status post iudiciū. Et prio in gñali. Scđo magis in spāli, ibi: Et venit vn⁹. Circa primū p̄dicit iohannes innouationē mundi sensibilis, di. n ¶Et vi. cœ. n. & ter. n. Et per ista duo intelligunť elemēta media: ignis, aq̄ & aer. Hæc em̄ oīa innouabunť & in meli⁹ mutabuntur. Iō subdiť: o ¶Primū em̄ &c. ab. nō est p hoc intelligēdū q̄ auferť eo℞ substantia: sed ea manēte meliorabunť in q̄litatibus & pprietatib⁹: vt in claritate, diaphaneitate & in silib⁹: & totū cedet ad gloriam electo℞: q ex creaturis laudāt deum. q ¶Et ego. Hic scđo iohānes describit innouationē hūanæ naturæ q̄tū ad electos, dicēs. r ¶Vi. ci. san. hic. i. electo℞ societatem pfecta charitate vnitā. s ¶Nouā. q̄tum ad corpo℞ gloriā. Corpa em̄ sancto℞ quę mō sunt corruptibilia, grossa, pōderosa & obscura: resurgent immortalia, subtilia, agilia & clara. Et qa hoc fiet per gloriā aīa℞ ad corpa redundantē. ideo subditur: t ¶Descendētem de cœlo. empyreo: vt corpora resumant & in iudicio cōpareāt. v ¶A deo paratam. dotibus aīæ & corporis. Ideo subditur: Sicut sponsam &c. ✱Et audiui D †2. Pet. 3. c.

Moraľr. Moraliter. n ¶Et vidi cœ. hoc lr̄aliter exponiť de renouatione mundi sensibilis futura. Moraľr aūt pōt exponi de renouatione spūali hoīs: q dr̄ a phis minor mundus cuius terra est corpus, & cœlū aīa: qa sicut terra germinat ex influentia cœli: sic corpus moueť & viuit ex aīæ v̄tute. hoc ergo cœlū. s. aīa renouať qñ per pn̄iam verā pfecte purgať: & terra. s. corpus qñ munde seruať. p ¶Et m. iā non est. i. amaritudo pcti. nā per pn̄iam est ablata. q ¶Et e. io. vi. ci. s. hic. i. fidelē personā quālibet deuotam q̃ dr̄ ciuitas. i. ciuiū vnitas: ppter concordiam viriū inferio℞ ad rōnem: & sancta. i. xp̄i sanguine tincta in baptismo: & hierusalē. i. pacifica ppter concordiam dictā & descendens de cœlo: propter gratiæ infusionē in eius augmento. v ¶A deo. pa. i. diuinis charismatibus adornatam: propter quod de ea subditur.

 ✱Ecce tabernaculū

☞ a ¶Vocem magnam de thro. dicen. Cum dixisset se vidisse innouationẽ elemẽtorum, & glorificationẽ sanctorum: qa incognitũ erat & incredibile videreť, apponit auctoritatẽ sctorum patrũ qui hoc pdixerunt. b ¶Et ecce taber. dei. i. in euidẽti est q in eadẽ gl'ia erit humanitas xpi in qua militauit: & hoies eum imitati & rone bñ vsi. c ¶Et ipsi ppl's eius. i. in nullo offendentes: quod non esse põt dum sunt in carne. d ¶Omnem lachrymã. Q. Ibi gloria & nulla tristicia: quia vtrumqʒ simul esse nõ posset ibi. e ¶Et mors. Vere non erunt ibi lachrymæ: quia non erit causa lachrymarum. f ¶Et di. q. d. scribe: quicqd ostẽsum est mihi de hac inuocatione, pro vtilitate pñtium factum est quib⁹ hæc scribere iussus sum. g ¶Scribe: quia hæc &c. Iubens scribere & alijs nũciare, supponit exhortationem vt omnes ad hãc innouationem laborent pertinere. h ¶Et dixit mihi. Posita auctoritate sanctorum de hac innouatione: ponit auctoritatem ipsius dei. i ¶Factum est. Ne quæreret aliquis quid post illam innouationem futurum esset, dicitur sibi nihil restare ad faciendum. k ¶Alpha & o. q. d. hanc innouationem facere potero: quia ego omnia creaui: & in me oĩa consummabuntur. l ¶Sitienti. Non dabo sitiẽti ad horã: sed pseueranti. m ¶Possidebit hæc. i. meipsum q sum principium oĩs beatitudinis. n ¶Timidis. i. illis qui timore pœnarũ fidem accipere fugiunt, vel accæptam relinquunt. ☞Veni

a¶.i.annunciationem propheticam.
a ro suo. Et audiui vocem magnã de a
a¶qa de secretis agit principaliter. ¶.i.ab illis in qbus deus seder. b¶christi humanitas in qua contra diabolum militauit.
b throno dicentẽ: Ecce tabernaculũ b
a¶.i.sicut sibi illa æterna gl'ia erit sic & suis.
dei cũ hoibus: & habitabit cũ eis.
a¶ ̃m diuinitatem & pñs eis.
c Et ipsi ppl's eius erunt. Et ipsẽ de⁹
a¶qa nunqʒ ab eis repelleť: quia nunqʒ peccabunt.
cũ eis erit eorum de⁹. †Et absterget c
a¶quæ pro qualitate rerũ diuersarum.
d de⁹ oẽm lachrymã ab oculis eorũ:
a¶.i.dissolutio aię & corpis. b¶ctinu⁹ flet⁹.
e & mors vltra nõ erit: neqʒ luct⁹: ne
¶aliqua inqetatio. a¶subitus & trãsitorius.
q clamor, neqʒ dolor erit vltra quæ d
a¶.i.iã nõ est locus eorum cũ non sit peccatum de quo hæc procedunt.
f prima abierũt. Et dixit q sedebat i e
¶Q.in euidenti & statim. a¶superius dicta.
throno: †Ecce noua facio oĩa. Et f g
a¶.s.in corde tuo & aliorum.
g dixit mihi: Scribe: qa hæc verba fi
a¶habilia qbus fides habeať. b¶qa complebuntur. a¶cõpleta sunt q̃ cõplenda fuerunt.
h delissima sũt & verã. Et dixit mihi: h
i k Factũ est. †Ego sũ alpha & o: initiũ i k
a¶.i.desiderãti. b¶.i.meipm. ¶q est ipe xps
l & finis. Ego sitiẽti dabo de fontẽ l m
a¶qa viuere facit. b¶p solã gratiã. c¶firmi
m a quæ viuẽ gratis. Qui vicerit põssi n o
ter obtinebit. a¶deũ immortalẽ. b¶æterna p
debit hęc. †Et ero illi deus: & ipse q r
satietas. a¶in pñti per gratiã, & in futuro p gloriam. b¶quod supra populus.
n erit mihi filius. Timidis autem & s t
a¶de hac innouatione desperantibus.
b¶.i.excommunicatis.
incredulis & execratis & homici v x
dis & fornicatoribus & veneficis y z
a¶quibus mendaciũ est in vsu.
& idolatris & omibus mendacibus a b
a¶.s.pticipantes vel plus vel minus. ¶pro
pars illorũ erit i stagno ardẽti igne c d
qualitate culpæ. ¶corporis & aiæ.
& sulphure, quod est mors scd'a. Et e
venit ad me vnus de septẽ angelis

NICO.DE LY.

✱ a ¶Et au. vo. ma. Hic tertio describit iohãnes finalẽ cõsummationẽ. Et primo q̃tum ad electos. Scd'o q̃tũ ad reprobos, ibi: Timidis autem. Circa primum dicit: Et audi. vo. ma. scilicet diuinę maiestatis. b ¶Dicentẽ: Ecce taber. &c. i. cohabitatio dei cũ hoibus inseparabilis: qa beati habebũt semp eã pñtẽ per apertã visionem & perfectã fruitionẽ: Et qa per hoc excluditur oẽ malũ culpæ & pœnæ: iõ subditur: Et mors vltra nõ erit. d ¶Quæ pri. abierunt. Nã in ecclesia militante q̃ dr terrestris hierl'm, ista sunt & erunt vsqʒ ad iudicium. e ¶Et di. qui se. in thro. s. deus trinus & vnus. f ¶Ecce no. fa. oĩa. s. cœlos, & elementa & electorum corpa: vt patet ex pdictis. g ¶Et di. mi. Scri. &c. Ad informationẽ ecclesiæ &c. h ¶Et di. mi. f. est. i. cõsummatum est gaudiũ electorum. i ¶Ego sum alpha & o. Quod exponit cum subdit. s. k ¶Initiũ & finis. Alpha enim est prima littera græca: & o vltima. Deus enim est pricipiũ effectiuum a quo omnia producuntur: & finis in quem omnia ordinantur. l ¶Ego sitienti. i. debito modo desideranti. m ¶Dabo de fonte aquæ viuæ. id est participationem vitæ beatæ. n ¶Gratis. Licet enim habentes gratiam mereantur de condigno beatam vitam: tamen ipsa gratia per quã opera fiunt meritoria de condigno, gratis datur: alioquin gr̃a iam nõ esset gratia: Rom. xi. o ¶Qui vicerit. carnẽ, mundũ & diabolũ. p ¶Possidebit hæc. hæreditate ppetua. q ¶Et ero illi deus. Dans gloriã. r ¶Et ipse erit mihi filius. Per assimulationẽ perfectã. j. Ioh. iij. a. Cũ apparuerit similes ei erimus: quia videbimus eum sicuti est. s ¶Timidis autẽ. Hic consequenter ponitur finalis consummatio q̃tum ad reprobos, cum dicitur: Timidis autem. timore mundano declinantibus ad peccata mortalia: & in eis perseuerantibus. t ¶Et incredulis. id est iudæis saracenis & cæteris fidem catholicam respuentibus. v ¶Et execratis. id est reuertẽtibus ad peccata enormia post eorum condonationem: sicut canis ad vomitum. x ¶Et homicidis. Facto vel voluntate deliberata. y ¶Et fornicatoribus. Et per fornicationẽ intelligũtur cætera carnis vitia. z ¶Et veneficis. i. magis & sortilegis. a ¶Et idolatris. Cultum deo debitũ tribuentibus creaturis. b ¶Et omnibus mendacibus. Mendacio pernitioso. Et per hæc vitia intelligunť omnia alia vitia mortalia. c ¶Pars illorum. id est retributio. d ¶Erit in stagno ardenti igne & sulphure. id est in pœna gehennæ: quæ dr mors secunda. e ¶Et venit ad me vnus de septem angelis. Hic cõsr describitur status post iudicium magis in speciali. Sciẽdum tamen: q aliqui aliter exponunt de tẽpore ante iudiciũ & etiã ante aduentũ antixpi: qd' nituntur ostẽdere ex hoc quod dr. j. se. ca. Qui nocet, noceat adhuc: & q in sordibus est, sordescat adhuc: & iustus iustificetur adhuc post iudicium vero non erit tempus, nec locus meriti vel demeriti. Dicunt igitur q per angelum hic introductum intelligitur. Innocentius papa tertius, qui approbauit ordines fratrum minorum & pdicatorum: qui dicuntur hic ciuitas hierusalem noua. ̃m illud Prouer. xviij. c. Frater qui adiuuatur a fratre quasi ciuitas firma. Ambo em̃ ordines ad idem opus sunt ordinati. s. ad prædicationem euãgelij. Dicunt igitur: q fundamentum huius ciuitatis sunt beati franciscus & dñicus, horum ordinum fundatores: dicuntur tamẽ in numero duodenario hæc fundamenta: quia sunt duodecim apostolorum imitatores: murus vero regularis obseruãtia per præcæpta & statuta portæ vero religionũ ingressus: qui ducunť ad quattuor orbis partes: nam ex omnibus mundi partibus aliqui ingrediuntur istas religiones. Angeli vero in portis existẽtes, sunt ministri & puinciales priores: q per se vel per alios recipiunt ad ordines veniẽtes: & sic alia hic dicta adaptant ad suum ppositũ put pñt. Licet autẽ hæc expositio saluari posset in aliquo sensu mystico: non tñ in sensu lrali sicut credo. Primo: quia dicitur hic q angelus introductus docuit iohannẽ, dicens: Veni & ostendã tibi &c. qd' nõ põt verificari de Innocentio papa: cũ post iohãnem fuerit ille per mille annos & amplius. Itẽ quia. j. dr de hac ciuitate. Et templũ nõ vidi in ea. dicti aũt ordines ecclesias habent. Item qd' subditur: Et ciuitas non eget sole neqʒ luna. Et postea: nec intrabit in eã aliquid coinquinatũ abominationẽ faciẽs & mendacium. dicti aũt ordines indigẽt illuminatione solis & lunæ: nec omnes intrãtes sunt immaculati: nec omnes bene intrantes perseuerãt in bono: sed multi fiunt apostatæ & pessimi. vnde dicit August. Sicut non inueni meliores his qui in monasterijs profecerunt: ita non inueni deteriores, his qui in monasterijs defecerunt. ppter quæ & plura alia q̃ possunt induci ✱cõtra expo

Diuisio. F — G — †õ.7.d. — Esa.25.c. — H — †õ.1.b. — †Esa.43 c. & 65.c. — 2. Cor.5 d. — †Heb.5. d.

Moralr. ✱ b ¶Ecce tabernaculum dei &c. Nã in talibus deus habitat per gratiã. c ¶Et absterget deus omnem lachrymã. Trãsferendo tales secum ad gloriã. e ¶Et dixit qui sedebat in throno: Ecce noua fa. omnia. s. in resurrectione qñ sancti habebunt corpora gloriosa. h ¶Et dixit mihi. Factum est. i. cõsummatum est hois præmium. i ¶Ego sum alpha & o. i. principiũ a quo cuncta oriuntur: & finis ad quem ordinantur. l ¶Ego sitienti dabo de fonte aquæ viuæ. i. de vera beatitudine. n ¶Gratis. Sicut dicitur Rom. vj. d. Gratia dei vita æterna. o ¶Qui vi. &c. s. mundum, carnem, & diabolum. s ¶Timidis autem. Timore male humiliante. t ¶Et incredulis. Veritati diuinæ. v ¶Et execratis. i. iuste separatis a sacramentis ecclesiæ. y ¶Et veneficis. i. infectis veneno inuidiæ. b ¶Et omnibus mendacibus perniciose. c ¶Pars illorum &c. i. participatio eorum cum dæmonibus in gehenna. e ¶Et venit ad me &c. Qm̃ bonum non mouet nisi aliquo modo cognitũ: ideo quilibet fidelis debet cõsiderare statum supernæ ciuitatis vt afficiatur ad ipsum. Ideo subdit. ✱Veni &

A ☞ a ¶Veni & osten. Descripta gl'ia quã habituri sunt sancti: dicit quo merito vel q̃ auxilio sint accæpturi. b ¶In montẽ magnũ. Christus mons: qa munimẽtũ suorum magnus est: qa totũ mundũ replet: ali⁹ qa insupabilis. c ¶Ostẽdit mihi ci. Et sup illũ montem ostẽdit ecclię fundamentũ. d ¶Lumẽ. Ipsa lucẽs p mõ suo: sis xpo q fuit in pposito firmus, & lucẽs in ṽtutibus. e ¶Iaspidis. Durus hic & viridis. sic ecclia nitet fide: & in ea firmata est. f ¶Murũ. i. xpm defensorem qui magnus in sion: altus cũ pre. Vel defensores aliorum: qui magni in vincendo alios. Alij ne vincanť. i. apl'os, vel pphetas, vel angelos veritatis nuncios. g ¶Portas duodecim. i. patriarchas: perquorum exemplum alij ad fidem introducunť. Vel portæ apostoli, qui alios introducunt in ecclesiam. †Angeli. i. subditi qui pfecte instructi in loco angelorum sunt substituti. Numer⁹ portarum duodecim: q̃ per quattuor mundi partes sub ternario comprehenduntur, ad mysteriũ ptinet duodecim apostolorum: per quos fides trinitatis diffunditur per orbẽ quadripertitum. h ¶Nomina. i. memoria sanctorum patrũ in veteri lege est in apostolis: qa qd' illi pdixerũt futurũ, hi docẽt cõpletũ. Vel oẽs gentes in fide apl'orum positæ & dilectione eorum. Vñ: Epl'a nostra vos estis scripta in cordibus nostris. l ¶Ab oriente. Oriens iudæi, a qbus sol iusticiæ ortus est: & in his portæ tres: quia his primum fides trinitatis nunciata ab apl'is & a pphetis. Aquilo frigidæ gentes q̃ post iudæos crediderunt. Ab austro: id est a claritate fidei quæ est ab aduentu christi. Ab occasu. i. ab vltima ætate mundi quæ per heliam & enoch fidem trinitatis recipiet. ☞Murus

als† angeli. — 2.Cor.3. a. — B

a¶q̃tum ad malos.
habẽtibus phialas plenas septẽ plã
gis nouissimis: & locutus est mecũ,
a¶amplia intellectum. b¶modo per fidẽ.
a dicẽs: Veni & ostẽdam tibi spõsam a
a¶in futuro glorificandam & traducendã.
vxorem agni. Et sustulit me in spi b
a¶xpm. b¶q̃tũ ad humanitatẽ. c¶q̃tum ad
b ritu in montem magnum & altum: c
diuinitatẽ. a¶in qua deus per gr̃am habitat.
c & ostendit mihi ciuitatem sanctam d e
¶per infusionẽ gr̃æ.
hierusalem descendẽtem de cœlo a f
a¶.i.cognitionẽ de deo. b¶.i.luminosa opa Endiadis figura est.
d deo habentẽ claritatẽ dei. Et lumen g h
a¶nihil ibi cõtristans, sed totum delectans: sicut viriditas iaspidis.
e ei⁹ †sil'e lapidi pcioso tãq̃ lapidi iã i
a¶nihil zelans: qa ibi pura cõfessio.
spidis sicut crystallum. Et habebat k l
g murũ magnũ & altũ: habẽtẽ portas m
a¶.i.in fide & ivestigijs pphetarum. b¶apl'os.
duodecim: & i portis †angelos duo n
a¶.i.memoria sctorum patrũ in veteri lege.
h decim: & noĩa inscripta q̃ sunt noĩa o
i duodecim tribuum filiorũ isrl'. Ab p
oriẽte, portæ tres: ab aquilone, portæ tres: ab austro, portæ tres: & ab

NICO.DE LY.

✱cõtra expositionẽ pdictã: inquantũ dicũt eam lr̃alẽ esse, videť mihi q ciuitas hic descripta est hierl'm superna. vñ post pmissa verba de ingressu ciuitatis, subdiť: Nisi q scripti sunt in libro vitæ & agni qui sunt pdestinati: qui etiã hierl'm supernã ingrediunť & nulli alij. Et ideo sicut iã pmisi describiť hic status eccliæ triumphantis magis in speciali. Et prio quo ad situm sublimẽ pmittiť tamen psona alloquẽs beatũ iohãnẽ, q̃ dr: Et venit ad me vnus de septem ange. &c. Per hunc em̃ intelligiť beatus Iacobus q. õ. xvij. ca. dictus est vnus de septẽ angelis habentibus phialas & pcessit beatum iohannem in gloria. ppter qd' ex dei voluntate potuit ei reuelare secreta cœlestia. a ¶Veni & ostendam tibi sponsam. i. hierl'm supernam: vt dictũ est in principio capituli. quæ dicitur vxor agni modo speciali: quia coniungitur ei inseparabiliter & æternaliter: nõ sic aũt ecclesia militans: quæ cessabit in fine mundi: sicut imperfectũ veniente perfecto, & figura figurato adueniente. Sicut enim lex vetus imperfecta fuit: & figura respectu nouæ legis: sic ecclesia militans respectu triumphantis: cuius status omnino pfectus erit in resurrectione generali. extunc em̃ electi separabunť a reprobis: & erũt in aĩa & corpore perfecte beati: resurgent em̃ in corporibus gloriosis per animæ gloriã ad corpora redundantẽ. b ¶Et sustulit me in spiritu. Hoc dicit ad ostẽdendum q nõ vidit tũc gloriam electorum prout erit in se: sed in aliquo eam repræsentãte. s. in ciuitate quæ infra describiť quã vidit imaginaria visione: & cuius significationẽ intellexit aliter nõ fuisset visio pphetica: sicut declaratũ fuit diffusius in prin. li. Psal. & in prin. li. Dañ. c ¶In montem magnum & altum. Per quẽ designatur cœlum empyreũ: qd' ̃m sanctos & doctores est locus beatorum: & in corporalibus habet situm supremum. d ¶Et ostẽdit mihi. Hic cõsr describitur q̃tum ad pulchrum aspectum, cum dicitur: e ¶Ciuitatẽ sanctã hierusalẽ. s. supernã. f ¶Descendentem de cœlo. Nam animæ beatæ descẽdent ad resumendum corpora, & cõmunicandum eis gloriã: vt dictum est. õ. in prin. ca. & etiã ibi incipiet status pfectus beatitudinis electorum. Potest etiã aliter exponi: quia beatitudo cœlestis nõ põt ab electis haberi, nisi prius quodammõ ad eos descẽdat in pñti. nã donũ gr̃æ per qd' efficiunť digni vita beata, est quædã inchoatio & pticipatio gl'iæ ppter qd' in orone dñica scd'a petitio poniť: Adueniat regnũ tuũ id est ad nos veniat: qa non possumus venire ad ipsum nisi prius ad nos veniat mõ dicto. g ¶Habentẽ cla. dei. nã claritas beatorum q̃tum ad gloriã aĩæ & etiã corpis, est quædã pticipatio diuinæ claritatis per quã beati sibi cõformanť. j. Ioh. iij. a. Scimus qm̃ cum ap. si. ei eri. h ¶Et lumẽ eius sil'e la. pcio. i. christo qui dicitur lapis preciosus. j. Pet. ij. b. Ecce ponam in sion la. sum. an. elec. preciosum. In beatitudine namqʒ cœlesti per gloriam corporis & animæ conformabuntur homini christo sicut membra capiti. i ¶Tanquã lapidi iaspi. sicut crystallum. Nominatiui casus est & neutri generis ̃m accæptionem antiquorum. Cõparatur aũt christus iaspidi: tum ppter pluralitatem colorum: & in christo sunt tres naturæ. s. diuina, & anima intellectiua, & corpus. Tum quia iaspis confortat visum: & beati delectãtur in visione christi. nã aspectu suæ diuinitatis reficiuntur interius: & aspectu suę humanitatis exterius. ̃m q dicit Augu. exponens illud Ioh. x. Ingredieť & egre. &c. k ¶Sicut crystallum. Quod valet contra sitim & ardorem. Et similiter christus est remedium cõtra sitim & ardorem cupiditatis: eo q tenuit viam paupertatis. l ¶Et habebat. Hic consequenter describitur superna hierusalem q̃tum ad ciuitatis ædificium. Et primo in generali. Secundo magis in speciali, ibi: Et qui loquebatur mecum. Circa primum dicitur: Et habebat murum magnum & altum. id est spissum & altum per quem designatur securitas diuinæ protectionis quæ maxime relucet in statu supernę beatitudinis quam nullus habens potest amittere. m ¶Habentem portas duodecim &c. quę sunt obseruationes mandatorum: per quas habetur ingressus ad beatitudinis statum: Matth. xix. c. Si vis ad vitam ingredi &c. Et ideo sunt duodecim. Nam obseruatio decem præcæptorum decalogi cũ duobus præcæptis charitatis facit ad vitam ingredi. n ¶Et in portis angelos duodec. Nam electorum animæ deferuntur ad cœlum per ministerium angelorum. Luc. xvj. e. Factum est autem vt mo. me. & por. &c. o ¶Et nomina inscripta: quæ sunt nomina duo. tri. filiorum israel. i. omnium fidelium qui indifferenter admittuntur ad regnum sine accæptione personarum. p ¶Ab oriente portæ tres &c. Nã ex oĩbus orbis partibus colligunť electi intrantes ianuas paradisi. Dicunť etiã portæ tres ad quãlibet orbis ptẽ pricipalẽ. nã in fide trinitatis recipiunť electi ad gl'iã cœlestẽ. ✱Et murus

Mat.6.b — C — Christus cõparať iaspidi. — Diuisio. — †Ezech. 28.c. — als† angelos. — D

Moralr. ✱ a ¶Veni & ostẽ. tibi spon. vxo. ag. i. ecclesiã triumphantẽ. b ¶Et sustulit me in spũ in mõ. mag. quasi in cõtemplationis excessum. d ¶Et ostendit mihi ciuita. s. hierusalem cœlestem. f ¶Descendentẽ de cœlo. Hoc dr: qa nõ possumus ascendere ad gloriã nisi prius ad nos descẽdat per gr̃am: ppter qd' petimus in orone dñica: Mat. vj. b. Adueniat regnũ tuum. g ¶Habentem cla. dei. i. dei clarã visionẽ. h ¶Et lumẽ eius sil'e la. precioso. i. xpo hoi: qui dicitur lapis abscisus de monte sine manibus: Dañ. ix. Eius enim gloriæ cõformanť cæteri sancti: sicut mẽbra capiti. i ¶Tanq̃ lapidi iaspidis. In quo est varietas colorum: designãs in homine xpo varietatem charismatum & donorum. k ¶Sicut crystallum. quod dr sedare sitim: & christus sua deitate sedat totaliter desiderium humanũ. l ¶Et habebat murũ magnum. Per quẽ significatur securitas possessionis. m ¶Habentẽ por. duo. Per quas significanť decẽ pcæpta decalogi, cum duobus pcæptis charitatis: per q̃ tanqʒ per portas est ingressus supernæ ciuitatis: Mat. xix. c. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. n ¶Et in por. ange. duo. Per angelorum em̃ ministerium inducuntur electi ad regnum cœlorum. Luc. xvj. e. Factũ est aũt vt moreretur men. & por. ab an. &c. o ¶Et no. inscri. quæ sunt no. duo. tri. is. i. bonorum christianorum: ad quos deuoluta sunt noĩa filiorum israel: vt habetur Ro. ij. p ¶Ab oriente portæ tres &c. Nam per fidem trinitatis descriptam a quattuor euangelistis est introitus supernæ fœlicitatis. Euangelium vero Matthæi dicitur ab oriente: eo q describit christi ortum. Lucæ vero ab occidente: qa discribit passionis occasum. Iohannis autem ab austro, vnde maior est refulgentia lucis: quia describit claritatem diuinitatis. Marci vero ab aquilone: qa describit iudiciariam potestatem: quæ incutit frigus timoris. ✱Et qui loquebať

4. euãgeliorũ distinctio.

E ☞ a ¶Murus.i.fides xp̄i quæ muniuit ipsam ciuitatē, habet duodecim pr̄iarchas per quos fundat̄: qa illi primi hāc fidē tenuerūt: & in illis innitunt̄ quicunq; ad fidē accedunt. b ¶Et in ipsis duodecim. Quā fidem isti tenēt illi venturā intellexerūt & pnunciauerunt. c ¶Et qui loquebatur mecū &c. Vidi ciuitatem istam ita munitam & ornatā, & nō oēs. Ibi vidi æquales inter se: sed tñ vnūquēq; perfectū pro mō suo. d ¶Mensurā arūdineā auream &c.i. diuinam scripturā dei sapiētia cōpositā, qua tangit & illustrat corda fidelium. e ¶Vt metiretur ciui. & portas eius.i. s̄m mensuram daret etiam minoribus intelligentiam: ipsarum scripturarū. f ¶In quadro posita est. (Quattuor latera virtutū.) Quattuor littera: fides, spes, charitas, operatio. quæ sunt æqualia: quia quantum quis credit, tantū sperat: quantum sperat, tantū diligit: quātum diligit, tātum operatur. In quadro ergo: quia robusta fide, longanimis spe, ampla charitate: efficax opere. Vel quattuor latera quattuor principales virtutes: quarum vna non debet aliam excedere in homine prudentia appetendi boni & vitandi mali: quam sequitur temperantia: vt a voluptatibus homo se retrahat: post hæc fortitudo, vt quod intelligit operetur: de hinc iusticia: vt sic suos actus temperet, ne nimis iustus vel sapiens sibi videatur: g ¶Per stadia. (Stadiū.) Stadium est locus & cursus & mensura: & octo faciunt militare notat tendentes ad brauium. h ¶Duodecim milia. Qui perfecti sunt in fide trinitatis ex quattuor mūdi partibus. i ¶Mensura hominis quæ est angeli. Iuxta litteram ostendit angelum apparuisse sibi in specie hominis: vt aperte denoteteum qui significabatur verum angelum. id est filium dei, & verum hominem fuisse. ☞ Et erat

a occasu portæ tres. Et murus ciuitatis habens fundamēta duodecim:
a ¶vel sup ea. ¶.i.in memoria & p̄dicatione eorū. b ¶qa super fidē pr̄iarchar̄ fuit fundata fides & doctrina apl'or̄.
b ēt in ipsis duodecim noīa, duodecim
a ¶quē dixerūt venturū. b ¶angelus in psona christi. c ¶ad beneplacitum meū.
c apl'orū & āgni. Et qui loqbat̄ mecū
d habebat mēsuram arūdineā auream
a ¶.i.illos q alios ad fidē introducunt.
e vt metiret̄ ciuitatē & portas eius: &
a ¶.i.defensores aliorum.
f murū. Et ciuitas ī q̄dro posita est &
a ¶.i.fides. ¶expositio quadratiōis. b ¶.i.charitas, qua quantū credit tantū amat.
lōgitudo ei⁹ tāta est q̄ta & latitudo:
¶.i.minorem ecclesiam.
Et mēsus est ciuitatē de arūdine au
a ¶q̄tū ad incipiētes, pficientes & pfectos. b ¶.i.fides vel longanimitas.
rea p stadia duodecim milia: & lōn
a ¶.i.charitas. b ¶.i.spes vel cōtemplatio.
gitudo & latitudo & altitudo ei⁹ æq
a ¶quo ad rōnē eliciendi actū: nō quo ad meritum. b ¶id est defensores eorum.
lia sunt. Et mēsus est muros ei⁹ cētū
a ¶cubitus in quo est manus, operationem significat.
i q̄draginta q̄ttuor cubitorū, mēsura q

F

NICO.DE LY.

✠ a ¶Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim. i. duodecim articulos fidei. nam s̄m q̄ dicit apl's Heb. xj. a. Fides est substantia sperandar̄ rerū. i. bonor̄ cœlestium quæ sunt res sperandæ. Et in hac diffinitione fidei accipitur substantia pro inchoatione siue fundamento: eo q̄ fundamētum est inchoatio domus. Per fidē vero formatam inchoatur beatitudo cœlestis in nobis: sicut plenius fuit dictum Heb. xj. b ¶Et in ipsis duodecim nomina, duodecim apostolorū & agni. i. xp̄i. Nam duodecim articuli fidei sunt de xp̄o: sex pertinentes ad eius diuinitatem: & sex ad eius humanitatem: & hoc s̄m communiorē distinctionem articulor̄ q̄uis aliqui distinguant quattuordecim articulos fidei: septem de diuinitate: & septem de humanitate. Dicuntur autē noīa apl'or̄ in ipsis fundamentis: scripta quia primo publicauerūt fidē christi p̄dicando, & pro ipsa moriēdo. c ¶Et qui loquebatur. Hic cōñr describitur ædificium ciuitatis cœlestis magis in speciali. Et primo proponit intentum, dicens: Et qui loquebatur mecum. s. angelus. d ¶Habebat mensurā arundineam aureā. i. silēm arundini in figura: quia nō posset esse aurea & cum hoc arundo vera. e ¶Vt metiretur ciuitatē. q̄tū ad spacium inter muros cōtentum. f ¶Et portas eius & murū. q̄tum ad eius latitudinē. Nam habita mensura spacij intra murū contenti, habet̄ mensura muri. Nā interior pars muri & dictū spaciū cōtiguantur. g ¶Et ciuitas in quadro. æquilatero. h ¶Posita est. i. disposita. qd' patet ex eo qd' subdit̄: i ¶Et longitudo eius tanta est &c. Quod nō posset esse nisi quadrū esset æqlaterū. per hoc aūt intelligit̄ quadratura quattuor virtutū cardinaliū: q̄ manet in pr̄ia, s̄m doctores catholicos: tñ s̄m alios actus q̄ in via. (Actus virtutū cardinaliū in patria.) Nā actus prudētiæ est ibi: nullum bonum deo præponere vel æquare. Fortitudinis aūt deo firmissime inhærere. Temperantiæ vero nullo defectu noxio delectari: iusticiæ deo subditum esse. k ¶Et mensus est. Hic exequitur ppositū. Et primo q̄tum ad ciuitatis spaciū. Scd'o q̄tū ad murū, ibi: Et mēsus est. Tertio q̄tū ad fundamenta, ibi: Fundamenta. Quarto q̄tū ad portas, ibi: Et duodecim por. Circa primum dicitur: Et mensus est ci. i. spacium ciuitatis. l ¶Per stadia duo. milia. Nam potest intelligi q̄ ista duodecim milia stadia cōtineant totū spacium ciuitatis & p̄cise. nā illud spacium oportet esse quadrū æqlater̄: vt dictū est. Duodecim aūt nō est numerus

G est numerus quadratus. Dicit̄ aūt quadratus numer⁹ q resultat ex ductu vnius numeri in seipm semel: sicut ex ductu binarij in seipsum resultat quaternarius. nā bis duo sunt quattuor: ter tria nouē: quater quattuor sedecim: & sic cōñr per q̄ patet q̄ inter nouē & sexdecim nō est aliqs numer⁹ quadratus: & iō si spaciū ciuitatis esset duodecim miliū stadior̄ p̄cise, nō posset esse quadrū æqlaterū, ppter qd' dicēdū: q̄ ista duodecim milia stadia mēsurant vnū latus huius quadri: & per cōñs totū spaciū cōtinet duodecies duodecim milia stadia, q̄ sunt in vniuerso centū quadraginta q̄ttuor milia stadia: & est numerus quadrat⁹ resultās ex ductu duodenarij in seipsum. Hic aūt numerus cōtinet nonies sedecim. Cū ergo octo stadia faciāt miliare vnū: & duo miliaria leucā vnā: sequit̄ q̄ p̄dictum spaciū ciuitatis cōtinet. xviij. milia miliariorum, & nouē milia leucar̄, & qd'libet latus muri duodecim milia stadia: & totus eius ambitus quadragintaocto milia stadia: quia murus ponitur quadrat⁹ æquilaterus. Nec tñ computat̄. hic spissitudo muri: sed tm̄ supficies interior: vt patet ex dictis. Hæc aūt significāt magnitudinē loci btōr̄: s̄m q̄ dicit Baruch. iij. c. O isrl' q̄ magna est domus dei & ingens locus pos. ei⁹ &c. Tñ cœlū empyreū qd' est locus beatorum est, q̄si incōparabil'r maius q̄ ciuitas hic descripta. nā in hoc libro maiora p minora frequēter significant̄: sicut. s̄. ca. iiij. p vigintiquattuor seniores, intelligit̄ vniuersitas epor̄ q̄ multo maior est: vt dictū fuit ibidē. m ¶Et longitudo & latitudo & altitudo eius. s. spacij. n ¶Equalia sunt. De lōgitudine & latitudine iā patet ex dictis. nā spaciū quadrū est æquilaterum. De altitudine vero q̄tū ad murum nō fit hic mentio: sed postea de altitudine spacij qd' accipit̄ s̄m altitudinē montis in quo describit̄ hæc ciuitas sita. s̄m q̄ dicit̄ s̄. eo. ca. Et sustulit me in spū in montē magnum & altū: & ostendit mihi ciuitatē sanctam &c. Et s̄m hoc altitudo mōtis huius est duodecim miliū stadior̄, sicut longitudo spacij & eius latitudo: vt p̄dictū est. o ¶Et mensus est muros eius. Hic cōñr agit̄ de mēsura muror̄, cū dr̄: Et mē. est mu. eius. Et licet esset tm̄ vn⁹ murus: tñ dicit muros in plurali ppter q̄ttuor ei⁹ latera spaciū p̄dictū includētia. p ¶Centū quadragintaquattuor cubitorū mē. hoīs. i. accipiēdo cubitum humanū q cōtinet pedē & dimidiū s̄m vnā acceptionē. s. a cubitu brachij vsq; ad manū. s̄m aliā vero duos pedes. s. a cubitu brachij vsq; ad summitatē digitor̄. Ex quo patet q̄ nō accipit̄ hic mēsura lōgitudinis muri s̄m suū ambitū. nec etiā s̄m latus vnū. nā murus hñs q̄ttuor latera & qd'libet longitudinis centū quadragintaquattuor cubitor̄, nō posset claudere spaciū p̄dictū: nec etiā duodecimā ei⁹ partē, nec etiā minimā. s. vnū stadiū quadratū. nā vnū solū stadiū cōtinet centū vigintiq̄nq; passus: & qlibet passus q̄nq; pedes: & p cōñs vnū stadiū quadratū. cccxij. cubitos & dimidiū quadratos s̄m maiorē accæptionē humani cubiti: vt patet ex p̄dictis & iō dicēdū q̄ hic accipit̄ mēsura muri s̄m ei⁹ altitudinē, q̄ est multo minor q̄ eius lōgitudo: cuius mēsura accipit̄ s̄m mensurā spacij: cuius qd'libet latus est lōgitudinis duodecim milia stadiorum: & p cōñs qd'libet latus muri: qm̄ cōtiguat̄ spaciū in parte interiori. vt. s̄. dictū est. ppter qd' hic tacet̄ mēsura lōgitudinis muri: qa sufficiēter hr̄ per mensurā supradictā spacij cōtenti. Dictum est aūt. s̄. q̄ per murū intelligit̄ securitas btitudinis. ppter qd' ei⁹ altitudo dr̄ cētum quadragintaquattuor cubitor̄: q est numerus quadratus: vt dictū est. s̄. & significat stabilitatē btitudinis: sicut corpus quadratū firmiter stat in quolibet latere. ppter qd' etiā virtuosus cōparatur quadrato. j. Ethicor̄. q ¶Mensura hoīs quæ est an. Per hoc designatur q̄ homines electi ad æqualitatem angelorum assumuntur: Matth. xxij. c. Erunt sicut angeli dei in cœlo. ✠ Et erat

H

habemus.Habitabit lupus cū agno . ibi ſequiẗ . Et pax in diebus eius multiplicabiẗ . Ex quo patet ꝙ eſt locutio metaphorica . Pōt etiā dici ꝙ adimpletū eſt ad lrām in fidelibus xp̄i:qa feræ māſuetæ factę ſunt frequēter corā fidelibus xp̄i eoꝶ deuorationi expoſitæ:ſilr beſtiæ venenoſæ nō poterāt eis nocere:vt eis ſaluator promiſerat in euāgelio.Dedi vobis virtutē calcandi ſup ſer. & ſcor. &c.& Act.xxviij.b.dr̄: ꝙ paulus ꝑcuſſus a vipera in nullo læſus eſt:ꝓpter qđ barbari vidētes hoc & admirātes, dicebant ip̄m eſſe deū:vt patet ibidē.Sexto arguunt per id qđ habeẗ Deuẗ.xxx.a.Si ad cardines cœli fueris diſſipatus:inde retrahet te dn̄s deus tuus:& aſſumet atq; introducet te in terrā quam poſſederunt p̄res tui &c. Ex hoc ibi arguunt:cum ſimus diſperſi per totū mundum & non cōgregati:ſequiẗ ꝙ nō venerit xp̄s.Ad hoc eſt dicendū ꝙ hoc fuit impletum in reditu eoꝶ de captiuitate babylonica.Sed cōtra hoc arguunt per id qđ habetur Ezech.xxxix.g.Scient ꝙ ego dn̄s eoꝶ: eo ꝙ tranſtulerim eos in nationes:& cōgregauerim eos ſuper terram ſuam:& nō dereliquerim quemcūq; ex eis ibi.Multi em̄ derelicti ſunt de captiuitate babylonica & aſſyrioꝶ: qa nō oēs reuerſi ſunt:igitur tunc nō fuit impletum tp̄s xp̄i.Ad hoc dicendū ꝙ nulli fuerūt ibi derelicti qui voluiſſent reuerti: qa cyrus qui erat monarcha in oībus illis regnis dedit licentiā generalē oībus reuertendi:immo etiā munera dedit reuertētibus: vt patet Eſdræ.j.& ideo in hoc impletum eſt verbū Ezechielis & ipſius moyſi : qa nullus derelictus eſt ibi qui voluerit reuerti:illi aūt qui noluerunt , facti ſunt indigni diuino bn̄ficio.Aliter pōt dici ſic: ꝙ p̄dicta cōgregatio pōt intelligi per fidē & charitatē, q̄ cōgregatio eſt per xp̄m ieſum,ſm ꝙ exponit:Ioh.xj.f. vbi dicit ꝙ caiphas ꝓphetauit ꝙ ieſus erat moriturus ꝓ gente,& nō tm̄ ꝓ gente, ſed vt filios dei qui erāt diſperſi cōgregaret in vnū:nullus aūt extra hāc cōgregationē derelinquiẗ qui velit intrare:qa nulli claudiẗ gremium eccl'ię.Septimo arguunt iudæi per id quod hr̄ Zach.vj.d.Et oriens nomē eius.Tranſlatio autē chaldaica ſic habet . Meſſias nomen eius.Ex quo patet de xp̄o intelligiẗ:& ſequitur in eadē auctoritate .Et ædificauit templū dn̄o.Ieſus aūt non ædificauit aliquod templū dn̄o igitur nō fuit chriſtus.Ad hoc eſt dicendū: ꝙ hæc auctoritas intelligitur de ſcđo tēplo ædificato per zorobabel vt dicit Ra . Sa.doctor eoꝶ:& ideo ex hoc cōtra nos nō habent argumentū.Sed dato ꝙ intelligaẗ de xp̄o ad lrām:eſt dicendū ꝙ ipſe ędificauit tēplum de lapidibus viuis & ſpūalibus:videlicet de ipſis fidelibus:& talis ædificatio debebaẗ ipſi xp̄o quæ eſt perfectiſſima. vnde ſup illud Gen̄.xxviij.d.Nō eſt hic aliud niſi domus dei &c.i.dom⁹ quæ ædificata eſt in terris nil eſt reſpectu domus cœleſtis. Illa proprie ædificatur ex lapidibus viuis: videlicet ex fidelibus in p̄nti compaginatis ad inuicē & cōglutinatis per gratiā, & in futuro per gloriam.vbi habeẗ in glo.hebrai. ꝙ patriarcha iacob vidit dei domū ædificandā terris & domū dei in cœlis.ideo dicit.Nō eſt hic aliud &c.Octauo arguunt per id quod habeẗ Hiere.xxiij.a.Ecce dies veniunt dicit dn̄s & ſuſci.da.ger.iuſtum &c.quod de xp̄o intelligiẗ: vt eſt.ſ.allegatum.Et ſubditur ibidē.In diebus illis ſaluabitur iuda &c.Sed nunq; acciderūt tot miſeriæ filijs iſrł ſicut poſt paſſionem chriſti.patet in deſtructione ciuitatis & tēpli.ergo nō fuit vere chriſtus.Ad hoc dicendū ꝙ iam nō erant filij iſrael & iuda proprie loquēdo:qa erāt auerſi a deo:qa chriſtum negauerunt & occiderunt:ꝓpter qđ in illam miſeriam venerūt.Et ideo ex illa miſeria magis cōcluditur ꝓpoſitum:ſicut patet ex p̄dictis . Illi aūt qui erant vere filij iſrael:& qui.ſ.xp̄m recæperāt ſaluati ſunt per ip̄m: nō ſolū ſpūaliter q̄tū ad aīas:ſed etiā q̄tum ad corpus corporaliter:qa ſm ꝙ dr̄ in eccleſiaſtica hyſtoria:imminēte deſtructione ciuitatis hieruſalē per Titum & Veſpaſianū admoniti ſunt fideles qui erant in iudæa per angelū, vt trāſirent in regnū regis herodis agrippæ:q erat cōfœderatus romanis: & ſaluati ſunt in bona pace & ibi habitabant confidēter.Alr̄ pōt dici ad auctoritatē p̄dictā Hiere.qa illi ſunt ꝑfecti de regno xp̄i :de quo ibi loquiẗ,q iā ſunt in gl'ia cœleſti & illi habitant oīno cōfidenter & ſunt ꝑfecte ſaluati.Nono arguunt per id qđ hr̄ Dan̄.vij.d.Aſpiciebam in viſione noctis:& ecce in nubibus cœli quaſi fili⁹ hoīs veniebat.Secundū oēs expoſitores iudæoꝶ & catholicos loquitur ibi de aduētu xp̄i. Ieſus aūt nazarenus nō venit in nubibus,nec in tali poteſtate qualis ibi deſcribiẗ:ergo non fuit xp̄s.Ad hoc dicendū: ꝙ ſcriptura loquitur de duplici aduentu xp̄i.ſ. in mundū & ad iudiciū . primus aduentus deſcribiẗ cū humilitate:ſcđs cum poteſtate.Daniel autē loquitur de ſecundo aduentu.vn̄ ibidem ſequitur .Donec throni poſiti ſunt.Et ibi dr̄.Iudicium ſedebit: & aperti ſunt libri . Iudæi aūt excæcati neſciunt aduentū duplicē diſtinguere : & ideo errant multipliciter.quia aliqui expectant xp̄m in ſcđo aduentu apparere in tanta virtute ꝙ poſſit oīa terrena ſibi ſubijcere, & eos liberare & regnū eoꝶ reſtituere:ꝓpter qđ etiā xp̄i diſcipuli poſt eius reſurrectionem quærebāt Act.j.a.Dn̄e ſi in tp̄e hoc reſtitues regnū iſrael.Alij

Duplex aduētus xp̄i reperit in ſcriptura.

iſrael: Alij aūt ꝓpter ſcripturas q̄ manifeſte loquunẗ de xp̄o & de humanitate & de paſſione eius :& ꝓpter illas quæ loquunẗ de ei⁹ eminētia & p̄tāte expectāt duos meſſias.vnū qui dr̄ filius ioſeph: & iſte eſt paſſurus & occidēdus:aliū qui dr̄ filius dauid.qui ſuſcitauit filiū ioſeph meſſiā & reſtituet regnū iſrael:& ad hoc ſaluandum ponunt diuerſas ſcripturas.Sed iſtud dictū nō habet auctoritatem in ſcripturis.Licet em̄ plures dicti ſint meſſię ſiue vncti:qđ idem eſt participatione:vt dauid & ſaul [illegible] quidā alij.nullus tn̄ in ſcriptura ad ſalutē ppl'i dr̄ venturus [illegible]nus.Itē iſtud dictū pro tanto habet aliquā apparentiā [illegible] ato impletū eſt de xp̄o q fuit filius ioſeph putatiuus,& ſic v[illegible]atus:vt patet in euāgelio: & etiā filius dauid ſm carnē:vt patet ex p̄dictis.Decimo arguūt p id qđ habetur Eſa.xxx.f.Erit lux lunę ſicut lux ſolis:& lumē ſolis erit ſeptēpliciter ſicut lux ſeptē dierū in die qua alligauerit dn̄s vuln⁹ populi ſui & percuſſurā plagæ eius ſanauerit : cū igitur aduentus xp̄i expectetur ad ſalutem populi: igitur in aduentu eius mutatio corpoꝶ cœleſtium fiet:cū hæc non ſit adhuc facta, videtur ꝙ promiſſio de aduentu xp̄i adhuc nō ſit impleta.Ad hoc dicendū ſicut & ad præcedens argumentū: ꝙ loquitur de aduētu xp̄i ad iudiciū: tunc enim innouabunẗ & mutabuntur quodāmodo corpora cœleſtia:& tunc ſanabit vulnus ppl'i & percuſſura plagæ eius : quia tunc deſtruetur mortalitas per pc̄m primoꝶ parentum inducta: quia omnes hoīes reſurgent ad vitam immortalem . Vndecimo arguunt per id qđ habetur Eſa.liij.d.Videbit ſemē longæuū &c. & Pſ̄.lxxxviij.e.Ponam in ſæculum ſæculi ſemen eius. Ieſus aūt nazarenus non legitur filios habuiſſe:ergo non fuit chriſtus . Ad hoc eſt dicēdū ꝙ habet & habuit filios ſpirituales :& talis filiatio ſibi debebatur per fidem & ſacramenta:non autē per carnalē propagationem quæ ſemper habet fœditatem cōiunctam.Vnde ſup illud Gen̄.xxj.b.In iſaac vocabitur tibi ſemen.Glo.hebræorum. Omnis qui confeſſus fuerit duo ſæcula vel deos,vocabitur tibi ſemen:vocantur autem hic duo ſęcula tempus legis & tempus xp̄i. Illi ergo etiam qui per fidem confitentur chriſtum,ſunt ſemen & filij chriſti.Duodecimo arguunt per id quod habetur Ezech.vlti. vbi deſcribitur quoddam templum mirabile & magnū in terra iſrael ædificandum: & hoc dicunt in aduentu chriſti complendū: hoc autem nō eſt factum:igitur &c. Ad hoc eſt dicendū ꝙ ſcriptura ibi loquiẗ ſub metaphora de domo cœleſti :de qua .ſ.dictū eſt. Et hoc patet p id qđ in fine Ezech.cōcluditur . Et nomē ciuitatis ex illo die:dn̄s ibidē.Hoc etiā patet per multa alia quæ ponuntur in littera:qa ibi deſcribitur fluuius habēs ligna pomifera ex vtraq; parte facientia fructus quolibet menſe :& habentia folia nunq; defluentia:quæ nullo modo videntur verificari a[d l]iteram.Hoc etiam videtur per dictum Rab.Salo.doctoris hebr[illegible] dicentis ꝙ de hieruſalem ſuperna locutæ ſunt ſcripturæ in fi[illegible]ech . Hæc igitur ſunt quæ arguunt iudæi & quædā alia quæ [illegible]o. Tum propter prolixitatē vitandam. Tum qa etiam ſolutiones eoꝶ patent ex prædictis . Et ſic patet tertium principale quod erat determinandum in iſta quæſtione : videlicet ꝙ tempus aduētus xp̄i ſit præteritum.Vltimo ſoluendū eſt argumentum qđ fiebat in oppoſitum in principio quæſtionis.vbi dicebatur: ꝙ ſi prædicta de fide catholica poſſunt probari per ſcripturam a iudæis recæptam non eſt veriſimile quin illi qui ſunt inter eos ſtudioſi hoc percæpiſſent:& per ↄn̄s ſuum errorem reliquiſſent. Ad hoc eſt dicendū ꝙ multi inter eos litterati percæperunt & a tp̄e chriſti : ſicut patet de nathanaele,nicodemo,gamaliele qui fuerunt doctores & periti in lege.Similiter de paulo apoſtolo & apollo:& multis alijs vnde Ioh.xij.f.dicitur.Et de principibus multi crediderunt in eū:ſed propter phariſæos non confitebantur:ne de ſynagoga expellerētur:dicebantur tunc principes ſacerdotes & legiſdoctores . Multi etiā poſtea legiſperiti hoc percęperūt:ſicut dictū eſt de ioſepho:& idem poſſet dici de multis alijs. Multi autem auertuntur a fide xp̄i triplici de cauſa.vna eſt propter timorem penurię temporalis:qa ſemper fuerunt cupidi:& in lege eorum ſemper promittitur abūdantia temporalium:ideo ſupra modum abhorrent contrarium. Alia cauſa eſt:quia a cunabulis in odijs chriſti nutriuntur:& legi chriſtianæ & chriſticolis maledicunt in ſynagogis oī die.Illa autem ad quę homines ſunt aſſueti a puericia ſunt quaſi in naturam conuerſa:& per conſequens auertunt iudicium intellectus a veritate contraria.Tertia cauſa eſt propter difficultatem & altitudinē eorum quæ in fide catholica proponunẗ credēda ſicut eſt trinitas perſonarum in diuina natura:& duæ naturæ in vna perſona xp̄i: & ſacramentum euchariſtiæ : quæ nullo modo poſſunt capere:& ideo reputant nos tres deos colere & credere . In ipſo etiam ſacramento euchariſtiæ reputant nos peſſimos idolatras : ſicut per experientiam cognouerunt illi qui frequenter de iſtis cum eis cōtulerunt:& ideo a fide catholica pro talibus auertuntur,& plures iā baptizati ad vomitum reuertuntur.

G H

Auerſio iudæorū a fide xp̄i cōtingit ꝓpt tria.

A

Tractatulus venerabilis magiſtri , fratris Nicolai de Lyra,ordinis minorum contra quendā iudæum ex verbis euangelij , chriſtum & eius doctrinam impugnantem.

POtens ſit [e]xhortari in doctrina ſana:& eos qui contra dicunt a[illegible] Ad Titum.j.b. Licet autem propoſitū verbum epiſco[illegible] conditionis ſit expreſſiuum:cōuenienter tamē pote[ſt a]ccipi vt ſit expreſſiuum perfectionis catho[l]ici doctoris:ad quē ſpectat exhortari fideles in ſana doctrina,& infideles arguere contradicentes catholicæ veritati.Aduertendum tamen ꝙ licet dicere ſe talem eſſe doctorem arrogantiſſimum: videatur tamen profiteri doctrinam hanc ſe deſiderari & aſſequi,viri ſtudioſi proprium eſſe videtur.Propter qđ ſapiens pythagoras vt euitaret arrogantiæ notam,noluit ſe dicere ſapientem,ſed philoſophum.i.ſapientiæ amatorem: quod cuilibet ſtudioſo eſt honeſtum.Vera aūt ſapientia quæ in vita pręſenti habeẗ:in ſcriptura veteris ac noui teſtamēti continetur. Propter quod dicit Deuẗ.iiij.a.Hæc eſt enim veſtra ſapientia & intellect⁹ coram populis.Poſtq; autē ego auxiliante dn̄o ex amore ſapiētiæ ſcripſeram ſuper vtrūq; teſtamentū ſm gratiā a domino mihi datam:quidam tractatus a iudæo quodam confectus venit ad manum meam,in quo ex verbis euangelicis auctorem euangelij dominum noſtrum ieſum chriſtum nititur impugnare. Licet autem eius impugnatio apud intelligētes nullius aut modici ſit momenti:quia tamen per eam poſſent turbari ſimplices:ideo talem temerarium veritati contradicentem arguere propono prout domin⁹ mihi dabit.Sic autem intendo procedere , quia ponam ſingulas euangelicas auctoritates quas accipit:& iuxta quamlibet auctoritatem obiectionem ſeu obiectiones quas iudæus contra chriſtum elicit:& conſequenter eas deſtruere,non ſolum per ſcripturam noui teſtamenti aut catholicorum doctorum:ſed etiam per ſcripturas veteris teſtamenti,& doctorum hebraicorum conabor.

Oportuna ꝯtinuatio huius tractatus ad p̄ce.

¶Dicitur igitur primo ſic.Liber generationis ieſu chriſti filij dauid filij abraam:abraam genuit iſaac: iſaac autem genuit iacob : iacob autem genuit iudam & fratres eius:iudas autem genuit phares & zaram de thamar, Sequitur infra. Salmon autem genuit booz de raab:booz autem genuit obeth ex ruth. Et infra. Dauid autem rex genuit ſalomonem ex ea quæ fuit vriæ,ideſt ex bethſabee quæ fuit vxor vriæ.Ex hoc autem arguit ſic.In hac genealogia ieſu chriſti nazareni quæ eſt principium noui teſtamenti,nulla ſancta mulier nominatur, ſcilicet ſara,rebecca & cæteræ:ſed tantū quatuor prædictæ quę ſunt in ſcriptura reprobatę. Prima na[illegible] ſcilicet thamar ſub ſimulatione meretricis ſuppoſuit ſe iudæ ſocero ſuo,& ſic cōcępit ex ipſo phares & zarā.Gen̄.xxxviij. g.Secunda vero ſcilicet raab , meretrix cognominatur Ioſue. ij. Fuit etiam genere chananæa,& ſicv[t di]cetur mulier luxurioſa,vilis & idolatra. Tertia ſcilicet ruth fuit de populo moab , qui colebat idola.Quarta vero fuit bethſabee,quæ fuit adultera : vt patet. ij. Regum.xj.a. Ex hoc ergo innuitur manifeſte ꝙ tota genealogia ieſu nazareni & eius natiuitas erat ordinata ad immundiciam carnis & idolatriā.Ex quo ſequitur ꝙ nō fuit vere chriſtus:& ꝙ chriſtiani ſunt tranſgreſſores & immundi:comedūt enim carnes ſuillas &c.quæ in lege ſunt prohibita.Sunt etiā idolatrę peſſimi:adorantes ieſum purum hominem tanq; deum:& quod peius eſt,hoſtiam de frumento ab eis formatam & coctam adorant ſicut deū, quod eſt deriſibile:& poſtea comedūt,quod eſt horribile.

Arguit iudę⁹ natiuitatē xp̄i ex ei⁹ genealogia eē ſuſpectam.

B obiectio iudęi prima & mltifaria.

Secūda.

¶In ſolutione iſtorum intendo tria facere.Primum eſt oſtendere ꝙ non valet id quod obijcitur.Secundum ꝙ in proceſſu falſum præſuponitur. Tertium:quare nomina dictarum mulierum in genealogia chriſti exprimuntur.Nam argumētum hoc principaliter quærere videtur.Circa primum oſtenditur primo vt clauus clauo retundatur: ꝙ ſimilis ratio vel fortior poteſt fieri contra meſſiam a iudæis expectatum.Hiere.xxiij.a.diciẗ de ipſo. Ecce dies veniunt dicit dominus,& ſuſcitabo dauid germē iuſtum:quod omnes hebræi exponunt de chriſto.Vnde & trāſlatio chaldaica quæ eſt hebraicæ literæ in plurib⁹ locis expoſitiua,habet ſic. Suſcitabo dauid meſſiam iuſtum. Omnes enim iudæi confitentur meſſiam de dauid deſcenſurum.Propter quod Mat.xxij.d. quærente ſaluatore a phariſæis de chriſto,cuius filius eſt:dixerūt, dauid. Dauid autem multipliciter dicitur & grauiter peccaſſe. Primo in morte ſacerdotum nobe.j.Regum.xxij.d.qui per omiſſionem cautelę debitæ,fuit occaſio mortis ipſorum:petēdo panes & gladium ab achimelech præſente doech idumæo:propter quod filio achimelech fugienti ad dauid,dixit.Ego ſum reus omnium animarum patris tui.Et numerus occiſorum ſacerdotum fuit.lxxxv.virorum:& cū hoc ciuitas

Rn̄ſio.

Peccata dauid. Primum

hoc ciuitas eorum fuit ſuccenſa,& mulieres & paruuli trucidati. C

Item peccauit peccato adulterij & etiam raptus:vt videtur in vxore vriæ:de qua dicitur.ij.Reg.xj.a.Miſſis itaq; dauid nuncijs , tulit eam per potentiam regalem. *Secundū*

Item peccauit peccato homicidij proditorie commiſſi:nam vriam fideliſſimum ſibi militem occidit gladio filiorū ammon, vt ibidem dicitur.Et quia poſtea factū fuit diuulgatum:ſurrexit inde ſcandalum maximū:propter quod dicebatur in populo vulgariter de ipſo dauid:quō poterit eſſe ſalus ei qui rapuit ouem & occidit paſtorem: *Tertium*

Item peccauit grauiter omittēdo non ſolū punitionem debitam,ſed etiam increpationē filij ſui ammon de oppreſſione violēta ſororis ſuæ thamar.ij.Re. xiij.Dicitur etiam ibi.Cū autē audiſſet dauid verba hæc,contriſtatus eſt valde,& noluit contriſtare ſpiritum ammon filij ſui , quia diligebat eum. *Quartū.*

Item peccauit grauiter in miphiboſeth filium ionathæ:cuius ſeruum accuſantē dominū ſuū de crimine læſę maieſtatis & falſo,vt habetur.ij.Reg.xvj.poſt cognitam innocentiā miphiboſeth & nequitiam ſibę ſerui ſui:illū ſeruum quē de iuſticia tenebatur decapitare:non ſolum non puniuit,ſed etiam contra iuſticiam medietatē hæreditatis miphiboſeth ſibi dedit, vt habetur ij.Regum.xix. *Quintū.*

In hoc etiam fregit iuramentū fœderis initi cum ionatha patre miphiboſeth: vt habetur.j.Regum.xx.g.Quæ iurauimus ambo in nomine domini,dicentes:domin⁹ ſit inter me & te: & ſemen meū & ſemen tuū, vſq; in ſempiternum:& ſubintelligiẗ firmiter ſeruabuntur.Et propter grauitatem huius peccati dicunt doctores hebræorū , ꝙ regnum dauid fuit poſtea diuiſum. Vnde ſuper illud verbum dauid.ij.Reg.xix.e. Tu & ſiba diuidite poſſeſſiones,dicit gloſa hebraica: ꝙ tunc venit vox de cœlo dicens Roboam & hieroboam diuident regnum. *Sextum.*

Item peccauit dauid per ſuperbiam in numeratiōe populi.ij.Reg.xxiiij.c.& in tranſgreſſiōe præcępti diuini:quod habetur Exo.xxx.vbi dicitur:in numeratione populi pro quolibet capite deberet dari dimidium ſiclū argenti domino.quod tunc non fuit factū:& propter grauitatē peccati mortui fuerunt de populo iſrael ſeptuaginta milia viroꝶ:vt habetur ibidem.Hæc aūt ſcripta ſunt in veteri teſtamento de peccato dauid,& forſitan plura alia commiſit quæ non ſunt ſcripta.Igitur ſi propter pc̄tā prædictarum mulierū in genealogia ieſu nazareni poſitarum arguunt iudæi ꝙ ieſus nazarenus nō fuit meſſias in lege & prophetis promiſſus:eadē ratione,vel fortiori poteſt argui: ꝙ meſſias quem expectant deſcenſurū de dauid q fuit tot & tantis criminibus irretitus,nō ſit meſſias eis promiſſus. *Septimū*

¶Item oſtenditur ꝙ argumentum eorum non valet.Frequenter enim leguntur homines ſancti ex parentibus nequiſſimis procreati,& ecōuerſo ex ſanctis nequiſſimi.Sicut achaz nequiſſimus genuit ezechiam ſanctiſſimum.iiij.Regum.xvj.d.Et ezechias ſanctus genuit manaſſen peſſimum,qui poſuit idola in tēplo domini:& effudit ſanguinem multum nimis: donec impleretur hieruſalem vſq; ad os. iiij.Reg.xxj.c.Similiter ammon peſſimus genuit ioſiam ſanctiſſimum:qui genuit tres filios peſſimos,qui propter pc̄tā ſua traditi fuerūt in manus infideliū.vnus in manus regis ęgypti:& alij duo in manus regis babylonis:vt habeẗ.iiij.Reg.xxiij.&.xxv.Ex hoc patet ꝙ non habetur argumentum contra veritatem chriſti: eo ꝙ in eius genealogia ponuntur peccatores & peccatrices cum iuſtis. *Ad obiectionem primā.* D

Qđ aūt arguit vltra chriſtianos eſſe legis tranſgreſſores & immūdos,eo ꝙ comedunt carnes porcinas & alia a lege prohibita: non valet.Nam illa præcæpta erāt cerimonialia, & per conſequens figuratiua ſtatus futuri ſub chriſto:propter quod publicato euangelio,ceſſant non ſolum vt mortua:ſed etiam vt mortifera, ſi ſeruarentur vt obligatoria ex lege.Nam hoc eſſet dicere ſaltem facto, ꝙ aduentus chriſti nondū eſſet completus . Si autem aliquis abſtineret a carnibus porcinis vel huiuſmodi ex alia cauſa , vtpote quia ſunt ſibi abominabiles,vel non ſanę:nullū eſſet peccatū. Qđ autem tales cibi tp̄e chriſti ſint liciti, patet ex actibus apoſtolorum & epiſtolis in multis locis:quę propter breuitatem omitto: & qa notum eſt fidelibus chriſtianis. *Ad ſecūdam.* *De cibis xp̄ianoꝶ licitis.*

¶Item Rab.Moy.ſuper geneſim inducit auctoritatem Pſ̄.cxlv.b.Qui cuſtodit veritatem in ſæculum:facit iudicium iniuriam patientibus,dat eſcam eſurientibus: dominus ſoluit compeditos,& hic eſt finis verſus in hebræo.Exponit igiẗ iſte doctor finem huius verſus,de eſca tempore meſſię: dicens ꝙ hæc eſt litera.Dat eſcam famelicis dominus , abſoluens prohibita ſiue † mandata.Et exponendo ſic dicit. Omnis beſtia quæ immunda reputatur in hoc ſæculo,deus hic ſanct⁹ & benedictus faciet eam mundam in futuro ſæculo, ſicut primitus fuit mūda filijs noe:quibus dicitur Geneſ.ix.a. Sicut olera virentia dedi vobis omnia.Sicut enim olus fuit mundum omnibus:ſic etiam & beſtia filijs noe. Et ita in futuro:abſoluet deus quicquid prohibuit de cibis.¶Sciendū tn̄ ꝙ iſte doctor & alij hebræorum doctores loquētes de præſenti ſæculo & futuro, p pręſens ſæculū intelligunt tempus currens vſq; ad meſſiam: & ibi incipit ſęculū futuꝶ.

al's † ligata.

Gum ergo

Universidad de Deusto Biblioteca

E ※ Cum ergo iesus nazarenus sit messias veru, vt declarabitur infra a tẽpore passionis suæ in quo terminatus fuit cursus legis mosaicæ, liciti sunt cibi in lege mosaica ꝓhibiti. Et ideo paulus apl's in lege & prophetis edoctus dicit. i. Timo. iiij. b. Omnis creatura dei bona est: & nihil reijciendũ qđ cum gratiarũ actione percipit̃ sanctificat̃ em̃ per verbũ dei. i. per eius filiũ modo dicto. ¶ Qđ autem arguit vltra, christianos esse idolatras, eo ꝙ adorant iesum nazarenum hominẽ purum. Ad cuius destructionẽ plenariam ostendetur primo, ꝙ iesus nazarenus sit messias verus. Secundo ꝙ verus messias sit homo & deus: et ex his concludet̃ ꝙ sit latria adorand⁹.

Ad ꝓticulã scđam argu. 2.

¶ Primum probatur per opera quæ fecit, virtutem totius naturæ creatæ transcendentia: & sic fuerũt opera diuina. Fiebãt autẽ ad testimonium veritatis doctrinę iesu nazareni, qa dicebat se esse messiam in lege & prophetis promissum ad salutem hominũ. Igitur cum deus non possit esse testis falsitatis: sequitur ꝙ iesus nazarenus sit messias verus. Propter qđ nicodemus legis doctor videns opera christi dixit ei. Scimus qa a deo venisti magister. Nemo em̃ potest facere hæc signa quæ tu facis nisi deus fuerit cũ eo. (Ioh. 3. a.) Nec potest dici ꝙ fuerũt facta virtute diaboli. Nam illuminatio cæci nati: suscitatio mortui quatriduani, sunt contraria naturæ: & multa alia quæ fecit iesus nazarenus ita transcendũt virtutem totius naturæ creatæ, ꝙ non possunt attribui nisi virtuti diuinæ. Sed qm̃ iudæi non recipiunt euangelia: ideo induco ad probandum propositum, hebræorum dicta. Iosephus em̃ historiographus hebręorũ. xviij. lib. antiquitatis iudaicę ca. ix. dicit de iesu nazareno. Fuit hisdem temporibus iesus sapiens vir: si tamen virum eũ nominare fas est: erat enim mirabilium operum effector, & doctor eorum hominum qui libenter audiunt ea quæ vera sunt: & multos qdẽ iudæorum, multosq; ex gentibus sibi adiunxit. Christus hic erat. Hunc accusatione primorum nostræ gentis virorum, cũ pilatus in crucem agendum decreuisset: non deseruerunt cũ hi qui ab initio eum dilexerunt. Apparuit enim iterum eis viuus tertia die ẜm ꝙ diuinitus inspirati prophetæ, vel hæc vel alia innumera de eo futura miracula prædixerant.

Iosephi testimonium de christo.

Item quando sacra scriptura denunciat aliquod futurum: determinat tempus, locum & modũ, si oĩa ista concurrant in vnum, manifeste patet ꝙ illud quod fuerat prædictum in illo est adimpletum. Sacra autẽ scriptura prædixit christi aduentum, vt patet in multis locis. Determinauit tẽpus veniẽdi: videlicet quando fieret translatio regni iudæorum ad alienigenam. Gene. xlix. b. Non auferetur sceptrum de iuda & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est &c. vbi translatio chaldaica habet: donec veniat messias. F Similiter determinauit locum nascendi. Michęę. v. a. Et tu bethleem ephrata paruulus es in milibus iuda: ex te enim mihi egredietur, qui sit dominator in israel. i. messias siue christus. Propter qđ principes sacerdotũ & scribę interrogati ab herode de loco natiuitatis xp̃i: rñderũt, ꝙ bethleem iudæ erat locus, allegãtes ad hoc istam auctoritatem: vt patet Matthęi. ij. a. Item determinauit modum viuendi, scilicet in paupertate. Zacha. ix. c. Exulta satis filia sion: iubila filia hierusalem: ecce rex tuus veniet tibi sanctus & saluator, & ipse pauper: quę auctoritas ẜm hebræos intelligitur de christo ad literam. Similiter determinauit modum moriendi, scilicet in maxima patientia ex parte christi, & in maxima crudelitate ex parte occidentium ipsum Esa. liij. c. Tanq; ouis ad occisionem ducetur: & quasi agnus coram tõdente se obmutescet. Omnia ista cucurrerunt in iesu nazareno: qa natus fuit tempore herodis: qui primus de alienigenis regnauit ĩ iudæa. Natus etiam fuit in bethleem, & in paupertate vixit a natiuitate vsq; ad mortem. Sustinuit etiam patientissime mortem acerbissimam, & ideo ex istis in eo concurrentibus, patet ipsum esse verum messiam: & sic patet primum.

Messias ẽ verus hõ & deus.

¶ Secundo probatur ꝙ messias sit verus homo & deus. Hoc autem non solum clamat scriptura noui testamenti: verumetiam veteris. Scribitur enim Esaię. ix. a. de christo. Paruulus natus est nobis: & filius datus est nobis. Ex quo patet vera humanitas. Per hoc quod subditur. Et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis: patet eius vera diuinitas. Item Hiere. xxiij. a. Ecce dies veniunt dicit dominus, & suscitabo dauid germen iustum: translatio chaldaica habet: messiam i istum. Per hoc ꝙ dicitur. Germen dauid: apparet eius humanitas. Per hoc autem quod subditur ibidem. Et hoc est nomen quod vocabunt eum, domin⁹ iustus noster: apparet eius diuinitas. Nam vbi habemus, domin⁹: in hebræo habetur nomen domini tetragrammaton, quod est appropriatum altissimo creatori, vt dicit Rab. Moyses, in libro directionis perplexorum. Item Micheæ. v. a. Et tu bethleem ephrata paruulus es in milibus iuda: ex te enim mihi egredietur qui sit dominator in israel: translatio chaldaica habet. Ecce coram me egredietur messias: & in hoc apparet natiuitas christi in humana natura, q̃ fuit in bethleem. Per hoc aũt quod sequitur. Et egressus ei⁹ ab initio a diebus æternitatis, ostenditur eius natiuitas in diuina natura qua semper nascitur & natus est. G Patet ergo ꝙ messias in lege & prophetis promissus est deus ab æterno, & homo ex tempore. Et supra probatum est ꝙ iesus nazarenus est messias verus: ex quibus concluditur ꝙ est latria adorand⁹. Et hoc fuit prædictum Ps. xliiij. qui ad literam intelligitur de rege messia secũdum antiquos doctores hebræorũ. Vnde super illud quod ibidem dr̃. Speciosus forma præ filijs hominũ transla[ti]o chaldaica sic habet. Pulchritudo tua rex messia maior [illegible] hominũ. Et de isto rege subditur. Audi filia & vide [&] sequitur. Et cõcupiscet rex decorem tuũ: quoniã ipse est domi[nus] deus tu[u]s & adorabunt eum.

Ad ꝓticulã tertiã argu. 2.

¶ Quod autem arguitur vltra de adoratio[ne] eucharistiæ, ꝙ ibi sit idolatria. Dicendum ꝙ non est verum. Nõ enim adoratur panis: quia nõ est ibi, sed eius substantia conuersa est in substantiam corporis christi virtute diuina ad prolationem verborum consecrationis: quæ sunt ipsius christi veri dei effectiue seu principaliter: ipsius autem sacerdotis prolatiue seu ministerialiter. Verbum autem diuinum tantæ virtutis est, ꝙ per ipsum factum est cœlum & terra de nihilo: vt patet Geñ. i. & Ps. cxlviij. Dixit & facta sunt, & multo fortius potest conuertere vnã substantiam in aliam. Patet etiam per exemplum Exo. iiij. a. vbi dicitur ꝙ diuina virtute virga moysi conuersa est in serpentem. Et Exod. vij. c. Aquæ ægypti versæ fuerunt in sanguinem. Qđ aũt possit conuertere vnam substantiam in aliam manentibus accidentibus, probatur, quia non attingit substantiã mediantibus accidentibus, sicut facit agens naturale: sed etiam attingit immediate, & ideo potest illam substantiam in aliam conuertere manentibus accidentibus eadem virtute. Ad hoc autem habetur aliquo modo exẽplum Gene. xix. f. vbi dicitur ꝙ vxor loth respiciẽs retro, versa fuit in statuam salis. Per hoc enim ꝙ dicitur. Statua, videt̃ ꝙ remanserit figura, substantia corporis in sal conuersa. Sic igitur diuina virtute conuertitur substantia panis in corpus christi, accidentibus panis remanentibus. H Anima enim christi realiter coniuncta est suo corpori, & similiter deitas in persona filij, & sic sub speciebus panis est corpus christi, ex vi consecrationis seu transubstãtiationis: anima autem eius & diuinitas ex comitantia reali & inseparabili, & per consequẽs ibi est totus christus verus homo, verus deus latria adorandus, & sic non est ibi idolatria. Non enim adorantur species panis visibiles tanq; deus: sed ipse christus inuisibiliter existẽs sub istis specieb⁹. Similiter habetur quodammodo Exodi. iij. a. vbi dicitur ꝙ dominus apparuit moysi in flamma ignis de medio rubi. Et non est dubium quin moyses adoraret eum quando dominus dixit sibi. Solue calciamenta de pedibus tuis &c. Nec adorauit illu[m] ignem seu flammam tanq; deum: sciebat enim moyses hoc imp[oss]ibile esse, sed adorauit deum inuisibilem sub similitudine visib[ilis] parentem. Et idem dicendum est de apparitionibus diuin[is s]anctis patribus factis. iij. Regum. xix. c. apparuit heliæ sub sibilo auræ tenuis.

Ad ꝓticulã quartã argu. 2.

¶ Qđ autem arguitur vltra: ꝙ christiani comedunt corpus christi quod est horribile. Dicendum ꝙ verum esset si acciperetur in propria specie: sed ipsum accipere sub speciebus panis non est horribile, sed magis suaue & venerabile. Non enim ipse xp̃s vel eius corpus in ista comestione frangitur vel atteritur dentibus vel laceratur, sicut imaginantur iudæi: sed solæ species panis franguntur vel atteruntur. quibus cõsumptis, desinit ibi esse corpus christi, sed remanet huius sacramenti effectus, qui est animæ refectio per augmentum gratiæ. Et sic patet ꝙ comestio ista suauis est et veneranda. Et propter hoc dicit saluator Ioh. vj. e. Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum.

De accõmodatis ꝓphetijs sup eucharistię sacramẽto.

Hoc etiam fuit prædictum Ps. lxxj. qui secundum antiquos doctores hebræorum exponitur de christo. In principio em̃ huius psalmi cũ dicitur. Deus iudicium tuũ regi da. Glosa hebraica. Iste est rex messias de quo dicitur Esaię. xj. a. Egredietur virga de radice iesse &c. Et in processu huius psalmi dicitur de christo. Erit firmamẽtũ in terra in summis montiũ. vbi litera hebraica habet. Erit placenta tritici in terra in capite montiũ. Et trãslatio hieronymi iuxta hebraicũ. Erit memoriale nomẽ triticum in terra in capite montium. Et translatio chaldaica habet. Erit oblatio frumẽti in terra. Ex istis tribus videt̃ ꝙ litera nostra fuerit corrupta ꝑ scriptores ponentes firmamentũ pro frumentũ ex similitudine dictionum. Patet igitur ex dictis ꝙ de rege messia prædictum fuerit in hoc psalmo: ꝙ futurũ erat frumentum in terra in summis montiũ, vel oblatio frumẽti in terra in capite montium: quod impletũ est in sacramento eucharistiæ: in quo christus sub speciebus panis triticei continetur: & super capita sacerdotum eleuatur, vt a populo adoretur: qui sacerdotes propter altitudinem status montes nominantur. Propter quod saluator Iohã. xij. grano frumenti se comparat dicens: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit &c. De bonitate autem cibi eucharistiæ dicit Rabbi Moy-

※ ses hadarassen

A ※ ses hadarassen, exponens super Geñ. illud Osee. xj. b. Et inclinaui ad eum vt vesceretur: vbi hebraica litera talis est: Et inclinabo ad eum escam: quam exponens iste doctor loquens in persona dei, sicut osee propheta dicit in fine: Inclinabo ad eum: idest ad populum israel escam bonam & suauem: cui nõ est alia similis. De qua dicitur Ps. lxxj. c. Erit † placenta frumenti in terra &c. (al's † frumẽtum.) Patet igitur ex prædictis: ꝙ adorare e[uc]haristiã non est derisibile, sed sanctum & venerabile. Nec eam [su]mere horribile: sed deuotum & delectabile bene dispositis ad [illegible]. Propter quod apostol⁹ dicit. j. Cor. xj. f. Probet autẽ s[e] ipsum h[omo] & sic de pane illo edat &c. Et hoc fuit figuratum in [m]anna p[op]ulo israel data Exodi. xvj. de qua dicit̃ Sapiẽ. xvj. c. Pa[n]em paratum de cœlo prestitisti eis sine labore, omne delectamentum i se habentem, & omnis saporis suauitatem. Igitur ex dictis patet primũ supra positũ: scilicet quod obiectiones iudęi sumptæ de genealogia christi, non valent.

Rñsio secunda ad primum obiectũ.

Consequenter procedendum est ad secundum, ostendẽdo quod in suo processu accipit falsum. Et primo q̃tum ad hoc, ꝙ dicit quatuor mulieres in genealogia christi nominatas fuisse viles, idolatras, et reprobatas. Non tamen intendo eas excusare totaliter a peccato, sed a tanto.

Thamar

¶ Prima fuit thamar, Circa cuius excusationem aliqualem, considerandum: ꝙ ipsi abraæ facta fuit expressa promissio de christo. Geñ. xxij. d. In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Et ꝙ istud semen descenderet per isaac, hismaele quantũ ad hoc reprobato, dicente sibi domino: In isaac vocabitur tibi semen. Item quod ab isaac descenderet christ⁹ per iacob, esau q̃tum ad hoc reprobato, patet dicente sibi domino Malach. j. a. Iacob dilexi, esau autem odio habui. Tota vero generatio iacob fuit electa: propter quod duodecim eius filij dicuntur patriarchæ populi. Veruntamen de iuda descensurus erat christus ẜm carnem: propter quod mulieres desiderabant habere prolem de iuda & filijs eius: quia nesciebatur quomodo de illa tribu descenderet christ⁹, quousq; determinatũ fuit negocium ad progeniem dauid per promissionem sibi de christo factã. Ista vero thamar fuit vxor primogeniti iudæ, & etiam secundi filij: & ambo mortui sunt sine prole. Et ideo dixit sibi iudas: Esto vidua in domo patris tui, donec crescat sela filius meus: & cum adultus fuisset, non dedit eum ipsi thamar: timens ne moreretur sicut duo præcedẽtes. Vidẽs igitur thamar ꝙ iniuriabat̃ sibi: ex desiderio ꝓlis habendæ de iuda vel eius filio, ratione prędicta, simulãs se meretricẽ, concæpit de iuda phares & zarã: B Et sic ex desiderio boni mota fuit ad illicitum perpetrãdum. Sicut obstetrices ægyptiorũ ex pietate ad filios hebræorum motæ fuerunt ad dicendum mendacium pharaoni. Exo. j. d. Et iudith similiter [ex] desiderio liberandi populum israel, mota fuit ad ornandum se [cu]riose: vt sic concupiscẽtiam carnalem holofernis erga se exci[taret]: quod est simpliciter malum. (Iudith 10. a.) Et in istis vel consimilibus dict[is] vel facta mala excusantur a tanto, non a toto.

Raab

¶ Quod autem dicit ꝙ raab fuit meretrix pubica & vilis persona falsum est. Nam vbi dicitur de ipsa iosue secundo: Ingressi sũt domũ mulieris meretricis nomine raab: hebræi dicunt: Ingressi sunt domum mulieris hospitatricis &c. Propter quod exploratores hebræorum illuc declinauerunt de nocte ad manendum: Nõ em̃ est aliquo mõ verisimile ꝙ salmon princeps tribus iudæ accæpisset eam in vxorem, si fuisset tam vilis persona, sicut plenius dixi Iosue. ij. Qđ autem arguit ipsam fuisse idolatram, eo ꝙ erat gentilis & chananæa: nõ est efficax argumentũ: quia multi gentiles fuerũt vnius veri dei cultores: sicut patet de iob & amicis suis. Et dato ꝙ coluerit idola in iuuentute sua, sicut fuerat edocta a parentibus suis, ac per hoc in parte excusanda: tamen in fide vnius veri dei saluauit exploratores hebræorum: vt patet ibidem, & per apostolũ ad Hebræ. xj. f. & cum tota cognatione sua fuit ad iudaismum cõuersa.

Ruth.

¶ Qđ autem de ruth moabitide dicit eam fuisse idolatram: potest ad hoc dici quod dictum est de raab. Qđ autem postea coluerit vnum verum deum: patet Ruth. j. c. vbi dixit noemi: Deus tuus deus meus &c.

Bethsabee.

¶ Quod autem vltimo dicit de bethsabee ꝙ fuerit adultera: Dicẽdum ꝙ ex scriptura non habet̃ expresse, ꝙ hoc commiserit voluntarie: sed magis per potentiam regis violẽtata, vt dictum est supra. Et dato ꝙ in adulterium consensisset: tamẽ iudæi nõ possunt dicere quin postea deuota fuerit & honesta. Nam Prouerbio. xxxj. a. super illud. Quid dilecte mi? quid dilecte vteri mei? &c. dicũt doctores hebræi, ꝙ ad literam hęc sunt verba bethsabee matris salomonis ipsum arguentis: eo ꝙ prima nocte, quando iacuit cum filia pharaonis ita carnaliter & insolenter se habuit cum ea, ꝙ in mane tantum dormiuit, ꝙ transibat hora offerẽdi iuge sacrificium matutinum: & claues templi erant sub ceruicali salomonis. Et ideo mater eius intrauit cubiculum eius, & excitauit eum dicens: Quid dilecte mi: quid dilecte vteri mei: quid dilecte votorum meorum? q. d. Considera quid fecisti: Sperabã ꝙ tu celares pro cultu diuino, & bene regeres regnum tuũ, & iam defecisti. Et consequenter monuit eum de carnalitate vitãda, & de iusticia conseruanda dicens: Noli mulieribus &c. sicut plenius dixi exponendo passum istum Prouerbio. xxxj. C Nec obstat ꝙ ille cui dirigitur istud verbum Lamuel vocatur: Nam salomõ hoc nomine vocatus fuit: eo ꝙ nathan propheta vocauit eum amabilẽ domino. ij. Regum. xij. f. Lamuel aũt in hebræo significat, cum quo de⁹ in latino. Est autem deus cum eo quem diligit. Patet igitur ex dictis. ꝙ iudæus in arguendo accipit falsum, reprobando quatuor mulieres prædictas vltra debitum.

¶ Item in hoc ꝙ dicit: Nulla sanctarum mulierum ponitur in genealogia iesu nazareni. Nã in eius fine dicitur: Iacob autem genuit ioseph virum mariæ, de qua natus est iesus qui vocatur christus. Ipsam autem esse sanctissimam scriptura noui testamenti, & doctorũ catholicorũ manifeste proclamat. Sed quoniam hoc est satis notum ideo dimitto: & sanctitatem eius per scripturas iudęorum & saracenorum declarare propono.

Sãctitas btĩssimæ virginis mariç cõprobat̃.

Circa primum dicitur Esa. vij. c. Ecce virgo concipiet & pariet filium & vocabitur nomen eius emanuel, quod interpretatur: nobiscum deus: que auctoritas ad literam intelligitur de christo & eius matre, sicut declaraui sup Esa. diffuse. Et hoc ostẽdit hoc nomen emanuel, quod proprie competit soli christo in q̃ & nullo alio natura humana & diuina iunctæ sunt in vno supposito, qui est deus & homo. Cum ergo supra declaratum sit, ꝙ iesus nazaren⁹ sit verus christus: sequitur ꝙ eius mater maria concæpit eũ & peperit virgo, & per ꝯsequẽs sanctissima. Nec iudęi possunt auctoritatem prędictam negare: qa non solum accipitur de trãslatione Hieronymi, sed etiam de translatione septuaginta interpretum qui fuerũt iudæi, & in lege & prophetis peritissimi: ẜm ꝙ dicit Iosephus antiquitatis iudaicæ libro. xij. Item idem ostenditur per illud quod habetur Esa. ix. a. Paruulus nat⁹ est nobis: & filius datus est nobis & fact⁹ est principatus super humerum eius &c. qđ ẜm hebræos & latinos intelligitur ad literam de christo. Et subditur ibidem. Multiplicabitur eius imperium: pro quo in hebręo dicitur, lemarbe hamisra: quod sonat in latino, ad multiplicandum principatum siue imperium.

De litera mem clausa ꝯ naturã in medio dictionis.

¶ Circa quod sciendũ: ꝙ in Hebræo mem litera duplicatur. vt patet per Hieronymum in prologo galeato: & vna vocat̃ mem aperta: & ista ponit̃ in principio dictiõis et in medio, & non in fine. Alia dicitur mem clausa, & scribitur in fine dictionis: non aũt in principio. nec in medio. In hoc autem loco contra suam naturam mem clausa ponitur in medio dictionis cum dicitur lemarbe: est enim prima litera huius syllabę mar. Et per hoc propheta insinuare voluit studiosis: ꝙ puer de quo loquebatur, nasciturus erat de matre clausa virginitate. D Sicut enim figurę grammaticales aliquid significant intelligentibus: ita modus scribẽdi insolitus prophetarum, ponitur ad significandũ aliquid intelligentibus: quod est vulgaribus & simplicibus occultandũ. Vnde in libro qui dicitur sabath apud hebræos autentico, dicitur Mem clausa, verbum clausum significat. ¶ Idem autem persuadetur per illud quod habetur Esaiæ. xj. a. Egredietur virga de radice iesse: & flos de radice eius ascendet. Hæc auctoritas ad litteram intelligitur de christo, vt supra ostensum est: qui per florem intelligit̃: qa sicut sine arboris corruptione flos ab ea egredit̃: ita christus nasciturus erat de matre absq; virginitatis corruptione. ¶ Idem etiam persuadetur per hoc quod dicitur Esa. lxvj. c. Antequam parturiret peperit: anteq; veniret partus &c. Parturire est dolorem partus sentire: non autem dicitur de aliqua muliere ꝙ ipsa pepererit absq; dolore partus, excæpta domini Iesu christi matre. ¶ Item Hiere. xxxj. d. dicitur: Nouum faciet dominus super terrã: mulier circundabit virum. Per hoc quod dicit propheta, nouum faciet dominus: manifeste ostẽdit insolitam rem futuram a domino, & al's inauditam: Et hoc fuit quando virgo beata diuinitus cõcæpit iesum, virum scientijs & virtutibus ab hora suę concæptionis perfectũ: & sic eum suo circundedit vtero virginali. ¶ Itẽ hoc fuit significatum Ezechie. xliiij. a. Et dixit dominus ad me: porta hæc clausa erit: & non aperietur: & vir non trãsibit per eã: quoniã dominus deus israel ingressus est per eam, eritq; clausa, & hic est finis versus in hebræo. Per hanc portam intelligitur virgo maria, per quam dei fili⁹ venit ad nos: & exiuit de⁹ & homo, clausura virginitatis integra permanente. ¶ Item Rabbi Barachias exponens illud Threno. vltimo. a. Pupilli facti sumus absq; patre: dicit ꝙ deus sanctus & benedictus ait israeli: Vos dixistis coram me. Pupilli facti sumus absq; patre: redẽptor quem ego suscitabo ex vobis sine patre erit scilicet in terris, sicut est sine matre in cœlis. Et sic ẜm eũ apparet virginitas mariæ matris. ¶ Item dominus Bonauẽtura quondam ordinis fratrum minorum, episcopus albañ. super. iij. sententiarum distinctione. iij. loquens de sanctificatione mariæ, dicit: Iudæi quidã asserunt de ea, ꝙ q̃uis esset pulcherrima, a nullo tamen homine fuit vnq; concupita. Vnde autem accæperit hoc dictum iudæorum, nescio: sed non est verisimile ꝙ ta-

Universidad de Deusto Biblioteca

E ☙ lis ac tantus doctor posuerit illud in scriptis suis, nisi habuerit ab aliquo loco autentico. Ratio autem quare non fuit ab hominibus concupita, põt assignari: quia dispositio mẽtis magis relucet in facie q̃ in alijs partibus. Propter qđ ex plenitudine gratiæ existẽtis in eius mente, fiebat quędam refulgentia in ipsius facie, quæ i hominibus ipsam intuentibus, concupiscentiam non excitabat, sed magis eam reprimebat. Et hoc modo de amabilitate sancti Sebastiani dicitur: Necesse erat vt quem deus tanta perfuderat gratia, ab omnibus amaretur. Consequenter declaratur sanctitas virginis mariæ per scripturas saracenorũ. Dicitur enim in Alchorano mahumeti. Dixerunt angeli: O maria, deus vtiq; elegit te, & purificauit te: elegit te claram super mulieres sæculorum. Item ibidẽ. Dixerunt angeli: O maria, deus annunciat tibi verbum ex ipso: nomen eius Iesus filius mariæ: & erit honorabilis in hoc sæculo & in futuro. Item ibidẽ dixit ipsa: Deus meus quomodo erit filius mihi: & non tetigit me homo? Dixit: Sicut deus creat quod vult: cũ decreuerit vtiq; aliquid, dicit: esto, & erit. Et in libro Albokan qui est autenticus apud eos: Dixit emhoria q audiuit nunciũ dei dicentem: Nullus de filijs adam nascitur quem nõ tangat sathan: & ideo plorat vociferans ex eius tactu, præter mariam & filiũ ei⁹. per nũcium dei autem intelligit mahumetum. Item dicit ebumissam prophetam, idest mahumetum dixisse: Multi perfecti fuerunt ex hominibus: nulla autem ex mulieribus vnq; fuit perfecta: nisi maria mater iesu. Has autem scripturas saracenorum induxi: quia ẽm apostolum: oportet sanctos testimonia habere ab his qui foris sunt. Patet igitur secundum, quod scilicet iudæus arguendo accipit falsum. Nunc restat ostendere tertium, quare quatuor mulieres supradictę: scilicet thamar, raab, ruth, & bethsabee nominãtur in genealogia saluatoris, & non alię: vt sara, rebecca, & sic de pluribus alijs quæ commendantur in sacra scriptura: quia hoc videt quærere argumentum. Ad quod respondet Hieronymus sup Matthæum dicens: Notandum in genealogia saluatoris nullã sanctarum assumi mulierũ: sed eas tm quas scriptura reprehendit: vt qui propter peccatores venerat de peccatricibus nascens omnium peccata deleret. ¶ Sed hæc responsio non videtur bona. Primo quia in genealogia saluatoris ponitur maria sanctarũ sanctissima. Secũdo quia ex eadem ratione ibidem arguit ad oppositum: scilicet q ppter peccatum atthaliæ filiæ iezabelis quæ erat idolatra: & ad idolatriam traxit ioram maritum suum, & filius amborum ochozias, & nepos ioas, pronepos amasias tolluntur de genealogia saluatoris. Et ideo aliter est respondendum: scilicet q prædictæ quatuor mulieres nominantur in genealogia saluatoris: ad excludendum falsam opinionẽ quæ posset oriri: Cũ enim dicitur in genealogia: Abraam genuit isaac, intelligitur de sacra vxore ei⁹ principali & prima. Eodem modo cum dicitur: Isaac genuit iacob: intelligitur de rebecca: & sic de alijs. Si igitur sic absolute diceretur: Iudas autem genuit phares & zaram: posset opinari aliquis q esset de vxore sua vera, quod est falsum: qa iudas nõ cognouit thamar affectu maritali. Propter quod ad excludendum falsam opinionem, euangelista nomen thamar expressit. Similiter si diceretur: Salmon autem genuit booz: præcise crederetur q esset de sua prima vxore iudæa natione, quod nõ erat verũ: & ideo nomẽ raab ibi est expressum. Et idem dicendum de alijs duabus. Ruth enim non fuit prima vxor ipsius booz: nec bethsabee ipsi⁹ dauid: sed fuerunt eis ex accidenti coniunctę. Ruth vt suscitaret semẽ defuncti bethsabee ne moreretur propter crimen adulterij.

saraceno rum testimonia de sctitate mariæ.

1. tim. 3. b

Rñsio tertia ad argumẽtũ secundũ.

F

Secundo accipit iudæus illud quod habetur Matth. iiij. d. Tunc venit iesus a galilæa in iordanem ad iohannem, vt baptizaretur ab eo. Sequitur: Baptizatus autem, confestim ascendit de aqua: & ecce aperti sunt ei cœli & vidit spiritum dei sicut columbam venientem & descendentem super se. Ex his sic arguit. Christiani dicunt q baptismus est ablutio peccatorum: cum igitur iesus nazarenus fuit baptizatus, habuit peccata abluenda: quod ipsi negant: aut ille baptismus fuit frustra quod est inconueniens apud eos. Et quia dicunt hunc baptismum fuisse a deo: deus autem nihil facit frustra. Item per hoc quod dicit: Vidit spiritum dei venientem super se: Nullus autem venit vbi prius erat, sed vbi non erat: ergo spiritussanctus in iesu nazareno ante baptismum non fuit, & tamen tunc erat incipiens tricesimum annum. ¶ Item post genealogiam christi euangelista sic dicit: Cum esset desponsata maria mater eius ioseph: antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens de spiritusancto. Ex quo sequitur secundum eiusdictum quod iesus nazarenus a principio suæ creationis habuit spiritum sanctum: & sic in dictis suis implicatur contradictio: scilicet quod iesus nazarenus ante baptismum habuit spiritum sanctum, & q non habuit. ¶ Responsio: ad primum dicendum: q ipsius christi baptismus est ablutio peccatorum non autem baptismus iohannis: sicut ipse dixit Matthæi. iij. c. Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem post me venturus est, fortior me est: cuius non sum dignus portare calciamenta. Ipse vos baptizabit in spiritusancto. Iesus autem nazarenus fuit baptizatus baptismo iohannis tantum, qui non erat ablutio peccatorum: & ideo non concludit argumentum, scilicet q iesus habuerit peccatum abluendum. Dato etiam q fuisset bapti[za]tus baptismo suo: qui est ablutio peccatorum: non tamen seq[ui]tur quod habuerit peccatum abluendum, quia sanctificati [in vtero] baptizandi sunt christi baptismo, & tamen non ha[bent] peccat[a] abluendum: Iesus aũt ab instanti suæ concæptionis [n]õ solum [f]uit sanctificatus, sed etiã sanctussanctorum. Quod autem arguit [v]ltra: Ergo iesus nazarenus fuit baptizatus frustra. Dicendum q non sequitur: quia p hoc approbauit baptismum & prędicationem iohãnis: & p tactũ suæ sanctissimę carnis dedit vim regeneratiuam ipsis aquis. Nec similiter sanctificati in vtero frustra baptizantur: quia per hoc regenerantur in christo, et membra eius efficiuntur. Scripturas autem noui testamenti & catholicorum doctorum loquentes de baptismo & eius effectu, dimitto: tũ quia sunt notę: tum quia a iudęis non recipiunt: & aliquas accipio de veteri testamento: & de dictis doctorum hebraicorũ. Vnde super illud Eccl. j. b. Quid est quod fuit? illud quod futurum est. Rabbi Barachias dicit: Sicut fuit redemptor primus: sic erit & vltimus. Redemptor primus scilicet moyses, fecit ascendere puteum: sicut dicitur Numeri. xxj. d. Sic redemptor vltimus qui est rex messias ascendere faciet aquas, sicut dicitur Iohelis vltimo. d. Et fons de domo domini egredietur & irrigabit torrentem spinarum. Hæc sunt verba doctoris. Per torrẽtẽ spinarum intelligitur multitudo peccãtium, siue peccatorum. Alij qui hebręi dicunt q ista est litera: Et irrigabit planiciem cethim. Est autem cethim regio gręciæ, de qua alexander magnus exiuit ad pugnandum contra reges persarum & mœdorum: vt habet. j. Machabęorum. j. a. Et ẽm hoc ista prophetia fuit impleta: quãdo apostoli prædicauerũt græcis & eos baptizauerunt. ¶ Item Esa. xliiij. a. Noli timere serue mi iacob & rectissime quẽ elegi. Effundam enim aquam super sitientem: & fluenta super aridam. Effundam spiritum meum super semen tuum: & benedictionem meã super stirpẽ tuã: & germinabit inter herbas sicut salices iuxta pręterfluentes aquas. Iste dicet: domini ego sum, & ille vocabit in nomine iacob: & hic scribet manu sua domino: & i nomine dei israel assimilabitur. Per hoc enim quod dicitur: Effundam enim aquam super sitientẽ, intelligitur baptizatio iudæorum, fidem christi deuote suscipientium. Et per hoc quod subdit: Et fluenta super aridam: intelligitur baptizatio gentilium: Nam gen[tili]tas nõ fuerat irrigata doctrina legis & prophetarũ. Et q iste sit [in]tellectus, habetur per glossam Rab. Sa. super illud quod scrib[itu]r germinabunt inter herbas &c. idest in medio esau. Per esa[u] vero ipe & alij doctores hebræi intelligunt romanum imperium, quod suscępit fidẽ christi & baptismũ, vt patet. Sequitur: Iste dicet, domini ego sum. Glossa: Isti erunt iusti perfecti: quod de apostolis potest iuste intelligi. Et iste vocabit in nomine iacob. Glossa Isti sunt paruuli filij impiorum: quod conuenienter intelligit de filijs iudæorũ p apostolos cõuersis ad christũ: patribus eorum in infidelitate remanentibus. Hic scribet manu sua domino. Glossa: Hi sunt viri pœnitentiæ: per quos conueniẽter intelligũtur christiani religiosi. Et in nomine israel assimilabitur. Glossa: Isti sunt conuersi de gentibus: Illis enim applicatur nomen israel: ẽm q dicit apostolus ad Ro. ij. d. Nõ eñ qui in manifesto iudæ⁹ est: neq; q̃ in manifesto &c. Patet igitur ex dictis q glossa Rab. Sa. conuenienter aptatur ad ppositum nostrum, q̃uis hoc non intenderit: Deus enim aliquando mouet linguam hominis mali ad annunciandum aliquam veritatẽ præter ei⁹ intentionem. Sicut caiphas Ioh. xj. f. dixit de christo: Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo. Intendebat enim solum alios inducere ad christũ occidendum: Sed q verbum suum significauit mortem christi proficuã ad spiritualem salutẽ populi, hoc fuit pter eius intentionẽ. Propter quod euãgelista subdidit: Hoc autẽ non dixit a semetipso: sed supple, a deo sic ei⁹ linguã mouente. Sic ẽ aũt habetur Nume. xxij. e. de asina balaam, quæ protulit verba rationabilia: vt patet ibidem, deo mouẽte linguam eius per se vel per angelum: illa tamen nõ intellexit verba quæ protulit, cum non haberet rationẽ nec intellectũ. Item super illud Geñ. xlix. b. Ligans ad vineam pullum suũ, & ad vitem o fili mi asinam suã dicit, glossa: Hic est de quo scriptũ est Zach. ix. c. Sedens super asinam. Sequitur in glossa. Et quomodo erit agnus? sicut dictũ est Ezech. xxxvj. e. Et effundam super vos aquam mundam, & mũdabimini ab omnibus inquinamẽtis vestris. Auctoritas autẽ zachariæ hic inducta ẽm doctores hebræos, intelligitur ad literam de messia, sicut ostensum est supra. Et per glossam hebraicam hic inductã habetur: q sit mundatorus populũ suum per ☙ effusionem

obiectio prima iudæi ɔ baptismũ.

Secunda

Rñsio ad primam

G

H

A ☙ effusionem aquæ mundæ, quæ proprie dicitur baptism⁹ christi. ¶ Item de baptismo & eius effectu dicitur Zach. xiij. a. In die illa erit fons patens domui dauid, & habitãtibus hierusalẽ in ablutionem peccatorũ & menstruatæ. Per hoc q dicit. Erit de futuro: patet q nõ potest intelligi de aliqua ablutione veteris legis. Nã omnes illæ erant statutę lõge ante tempus Zachariæ. Q; autem intelligatur de baptis[mo] christi, patet per illud quod subditur. Et erit in die illa dicit [do]minus exercituum, disperdam nomina idolorum de terra. Q[uod tam]en [im]pletum fuit tempore christi & discipulorum eius: per quorum prædica[tio]nẽ idolatria cessauit per totum mundũ: excæptis quib[us]dã bar[ba]ris in aquilonari parte habitantib⁹. Sed qm hoc m[odo] licũ est respectiue: ideo quasi pro nihilo reputatur ẽm cõem modũ loquẽdi: & etiam ẽm doctrinã philosophi. ij. phisicorum. Nec obstat quod dicit. Domui dauid & habitantibus hierusalem: quia Hiere. xxx. b. christus noĩatur nomine dauid vbi dicitur. Seruient dño deo suo & dauid regi suo. Non em potest intelligi de persona dauid, qui mortuus erat per quadringentos annos ante, vel circiter. Et q intelligat de xpo, patet per translationẽ chaldaicam [qu]e sic habet. Et colent coram dño deo suo: & obedient messiæ [fil]i[o] dauid. Et sic per domum dauid intelligitur hic familia christi. [Et] eadem ratione per hierusalẽ militans ecclesia. Dicitur aut[em] baptismus fons patens: quia nulli petẽti debite denegatur. E[t] [in] ablutionẽ peccatorum & mẽstruatæ: propter peccatum actuale & originale, quod cõtrahitur in vtero matris. Quod autem post[ea] subditur arguendo. Vidit spiritum sanctum descendentem sicut columbam: & venientem super se: ergo ante non habuit spiritũ sanctum. Non valet: quia. iiij. Reg. iij. c. dicitur de helisæo. Cũq; caneret psaltes, facta est super eum manus dñi: quod intelligitur de spiritu prophetãdi: & tamen de eo dicitur ante. ij. cap. Requieuit spiritus heliæ super helisæum. ¶ Et quod subditur arguendo. Nullus venit vbi prius erat. Dicendũ quod verũ est, eo modo quo prius erat ibi: sed alio modo potest venire. Sicut dicitur Geneẽ. xviij. vbi dicitur. Dixit dñs ad abraam. Clamor sodomorũ & gomorræorũ multiplicatus est. Sequitur. Descendã & videbo vtrum clamorẽ qui ad me venit, opere compleuerint &c. Non est per hoc intelligendũ q ante nõ esset in sodoma & gomorra, nec videret eorum facta: cum de necessitate sit vbiq; præsens: sicut dicitur Hieremiæ. xxiij. e. Cœlũ & terrã ego impleo dicit dñs: & omnia de necessitate viderit ab æterno. Dicitur ergo descendisse & vidisse, propter nouũ effectũ quẽ fecit ibi: scilicet subuersionẽ sodomæ & gomorræ. Erat ibi igitur an[tea] [sic]ut conseruans in esse: sed descendit ibi sicut puniẽs. Et similit[er] dicitur tũc vidisse: quia ẽm modũ loquẽdi scripturæ & etiam [com]minũ, deus dicitur non videre peccata hominũ, quã[do] dis[simul]at ea punire. Nec per hoc importatur aliqua mutatio in deo, sed [i]n creatura. Sic suo modo dicendũ in proposito, spiritussanctus fuit in iesu nazareno ab instãti suæ concæptionis per plenitudinem gratiæ: sicut dicitur Iohannis. j. b. Vidimus eum quasi vnigenitũ a patre, plenum gratiæ & veritatis. Et hoc prædictum fuit Esaiæ. xj. a. Egredietur virga de radice iesse: & flos de radice eius ascendet: & requiescet super eum spiritus dñi: spiritus sapientiæ & intellectus: spiritus consilij & fortitudinis: spiritus scientiæ & pietatis: & replebit eum spiritus timoris dñi. Dicitur tamen venisse super eum in baptismo per alium modũ, scilicet in signo visibili columbæ: repręsentantis in christo plenitudinẽ gratiæ: nõ tunc accæptæ, sed prius, vt dictum est. Tamen plenitudo gratiæ quę latens erat in iesu nazareno, fuit tunc manifesta iohãni baptistæ in visibili signo sicut ei dictũ erat a dño. Super quem videris spiritũ descendentẽ & manentẽ super eum: hic est qui baptizat in spiritusancto. Et per prædicationẽ Iohãnis alijs fuit dictum: ideo subditur. Et ego vidi & testimoniũ perhibui: quia hic est filius dei. Illi tamen qui erant cum Iohanne quando columba descẽdit super iesum, viderũt cum eo: & vocem patris audierũt: quia columba illa non fuit imaginaria, sed vera & visibilis: & vox diuinitus formata sensibilis. Fuit autem tunc necessaria manifestatio plenitudinis gratiæ in christo. Primo vt prophetia Esaiæ prædicta ostẽderetur in iesu impleta. Secũdo, quia cito post baptismum erat prædicaturus legem euãgelicam quæ est lex gratiæ: & per cõsequens auctor eius ostendi debuit plenus gratiæ. Ideo tunc audita est vox patris. Hic est fili⁹ meus dilectus in quo mihi complacui, tanq; in auctore euangelij. ¶ Quod aũt vltimo arguit de cõtradictione in verbis euãgelistæ: patet falsum ex prædictis. Nam alio modo venit spiritussanctus super iesum in baptismo, q̃ prius erat in ipso.

Ad secundam.

B

Tertio accipit iste iudæus quod dicitur Matthęi. iiij. a. Cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esurijt. Et accedens tentator dixit ei. Si filius dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit ei: Scriptum est: Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod procedit: de ore dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi: & dixit ei: Si fili⁹ dei es: mitte te deorsum &c. Sequitur: Ait illi iesus rursum. Scriptum est. Non tentabis dominum deum tuum. Ex his arguit iste iudæus sic. Christiani dicunt iesum esse deum: & quæ laus est deo ieiunare? quasi dicat: nulla: quia deo non competit comedere vel ieiunare: Propter quod hoc videtur derisibile: & adhuc magis illud quod subditur: Et postea esurijt. Et maxime cum moyses qui fuit homo tm̃, post ieiunium quadraginta dierum & quadraginta noctium non esurijt. ¶ Itẽ eius prima responsio qua dixit. ¶ Non in solo pane viuit homo. sed in omni verbo quod procedit de ore dei. videt irrationabilis. Debuisset enim dixisse. Sed in omni re quæ procedit de ore meo, si erat de⁹: qui potest vitam hominis conseruare de omni re, siue sit lignum, siue lapis vel aliud huiusmodi. ¶ Itẽ ei⁹ secunda responsio qua dixit: Nõ tentabis dominum deum tuũ, nõ videtur bona. Primo quia In ipso erat potestas faciendi miracula: & ideo si misisset se deorsũ sine læsione aliqua: non fuisset ibi aliqua tentatio diuina. Secundo quia viri sancti leguntur deum tentasse: nec ex hoc reprobantur in sacra scriptura: sed magis commendantur. s. helias. iij. Re. xviij. d. qui dixit: Deus qui exaudierit per ignem, ipse sit deus. Et helisæus. iiij. Reg. vj. c. dixit ad regem israel de naaman leproso: Veniat ad me & sciat prophetam esse in israel. Similiter Gedeõ Iudicum. vj. g. tentauit deum quærens signum in vellere. Vnde dixit: Ne irascatur furor tuus contra me si adhuc tentauero signũ quęrens in vellere. Item deus nõ inducit homines ad malũ: inducit autem ad suipsius tentationẽ. Malach. iij. c. Inferte omnem decimam in horreum & sit cibus in domo mea: & probate me super hoc: dicit dominus si non aperuero vobis cataractas cœli & effudero benedictionem meam vsq; ad abundantiam. ¶ Ex supradictis patet solutio primi. Dictum est enim supra quod christus in lege & prophetis promissus, futurus erat verus deus & ver⁹ homo in vna persona. Declaratum etiam fuit q iesus nazarenus est verus christus iudæis promissus. & per consequens verus de⁹ & verus homo. Item declaratũ fuit: quod per passionẽ suã & mortem, operaturus erat nostrã salutem: propter quod habuit corpus passibile & mortale ante resurrectionẽ suam: & hoc modo ieiunauit & esurijt: afflictiones & tandem mortem sustinuit, & nõ in deitate sua: qa hoc impossibile: sed in humanitate pro nobis assumpta: & sic meruit nobis gratiam & gloriam, & sui corporis glorificationem. Vnde super illud Geñ. xxiiij: g. Introduxit eam isaac &c dicit Rabbi moyses hadaressen. Hic est rex messias quẽ elegit deus sanctus & benedictus vt coleret eum toto cordę, dareq; cor suum ad petendum miserationes pro israel: & ad ieiunãdum & humiliandum se pro eis: sicut scriptum est Esa. liij. b. Ipse vulnerat⁹ est ppter iniquitates nostras attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eũ et liuore eius sanati sumus. Per hanc traditionem dicit Rabi moy. patet quod quinquagesimum tertium capitulum Esaiæ loquitur de christi passione pro generis humani salute. Quod autem dicit de moyse qđ post illud ieiuniũ non esurijt: falsum est: quia postea non comedisset: Nec est simile de vtroq;. Nam manichęi dicturi erãt qđ iesus nõ habuit carnem humanã ex elementis compositã, sed cœlestem. Ad quos repellẽdos, euangelium facit mẽtionem de esurie christi. Iudæi vero hoc non erant dicturi de moyse: ppter quod non oportuit q scriptura sic faceret mentionem de eius esurie. ¶ Q; autem vlteri⁹ arguit iudæus primam responsionem christi dicẽtis: Scriptum est. Non in solo pane &c. Primo percutit seipsum arguens dictum moysi Deu. viij. a. cuius se fatetur esse discipulũ ¶ Q; autem arguit vlteri⁹ quod iesus debuisset dixisse: sed in omni re quæ procedit de ore meo: non est verum: quia iesus volebat celare diabolo suam deitatem, quam ille quærebat experiri per tẽtationem. Propter quod non debuit dicere, de ore meo: quia loquebatur sicut homo celans suam deitatem. Item quia tentationem dæmonis excludebat per scripturam sacrã: ideo debuit eam allegare sicut iacet in textu: in quo scribitur, de ore dei. Et eadem ratiõe nõ debuit dicere, in omni re: sed in omni verbo: qa sic scribitur in textu. Cum hoc etiam potest dici q nihil arguit: qa verbum frequenter accipitur in sacra scriptura pro re facta. Nam. ij. Reg. j. a. dicitur: Quod est verbũ quod factum est. i. res gesta vel facta. & sic accipitur hic vt patet literam intuenti Deutero. viij. c. ¶ Q; autẽ arguit secundam responsionem in qua dicitur: Non tentabis dominũ deum tuum. Primo percutit seipsum, arguẽs dictũ moysi Deute. vj. c. Q; autem vlterius nititur ostendere tẽtationem dei non esse peccatum, manifeste dicit cõtra dominũ arguẽtem maliciã populi israel: Num. xiiij. d. Tẽtauerũt me iã per ☙ decẽ vices

Obiectio prima iudei contra ieiuniam & tentationem christi.

C

Secunda.

Tertia.

Responsio ad primã

D

Ad secundam.

Ad tertiã

Universidad de Deusto Biblioteca

E ✱ decem vices.Item pſ.xciiij.b.Nolite obdurare corda veſtra ſicut in exacerbatione ſm diem tentationis in deſerto,vbi tentauerũt me patres veſtri: probauerunt & viderunt opera mea. Propter illud quod inducit de viris ſanctis deum tentantibus,vt dicit: ſciendum ꝙ tentare eſt experimẽtum de aliquo accipere:nullus autem quærit experiri illud de quo eſt certus,ſed illud de quo eſt dubius.Item experiri poteſt aliqs facto vel verbo.Verbo,quando quis quærit aliquid a vicino ſuo vt experiatur ſi iuuaret eum in ſua neceſſitate.Facto,cum facit aliquid quod non videtur ordinabile ad aliquid niſi ad talem experientiam:& talis experientia dicitur tẽtatio.Sicut cum aliquis facit currere equum ſine neceſſitate aliqua aut vtilitate,dicitur tẽtatio equi:quia talis curſus non videtur ordinabilis niſi ad accipiendum experimentum de velocitate equi.Si autem faciat eum currere propter neceſſitatẽ aliquam,vt ad fugiendũ hoſtes:vel propter vtilitatem aliquam vt ad capiendum ceruum:non eſt tentatio equi.Dubitare autem de his quæ pertinent ad perfectionem diuinam:vt eſt potentia, bonitas & huiuſmodi,ſemper eſt malũ:& ideo qui facit vel dicit aliquid ſine neceſſitate vel vtilitate ad experiendã diuinam potentiam vel voluntatẽ,tentat deum & peccat.Propter quod exponens ſe ſine neceſſitate aut vtilitate periculo,expectãs ſeruari a deo,tentat deum:cum ſeruare poſſet alio modo.Tale quid ſuggerebat diabolus ieſu nazareno dicẽs.Mitte te deorſum.Et licet ieſus per virtutem diuinam poſſet hoc facere ſine periculo:tamẽ hoc non fecit.celare volens diabolo ſuam deitatem:& excludere tentationem dæmonis,per ſacram ſcripturã reſpõdit bene per illud quod hominib⁹ prohibetur.Poterat enim tanꝗ homo per grad⁹ deſcẽdere de pinnaculo.Quod igitur arguitur de helia,nõ valet.Non enim petijt ſignum per ignem deſcendentẽ ſine vtilitate:ſed ad hoc quod populus iſrael a cultura baal ad colendũ deum verum reduceretur:vt patet ibidem.Item hoc fecit de præcæpto domini dicentis ſibi.Vade oſtende te achab,vt præmittitur ibidem:& tunc reuelatus fuit ſibi modus procedendi contra prophetas baal:licet hoc non ſit totaliter expreſſum: quia non omnia ſcribũtur.Eodem modo dicendũ eſt de heliſæo.Curauit enim naaman ex diuina reuelatione,& ad manifeſtationẽ virtutis diuinæ:vnde & naaman relicta idolatria,conuerſus fuit totaliter ad colendum vnum deum verum. Vnde dicit.iiij.Reg.v.e. Non faciet ſeruus tuus vltra holocauſtũ aut victimã dñs alienis: niſi dño.De Gedeone vero dicunt aliqui doctores noſtri qd' ex
F debilitate fidei petijt bis ſignum in vellere:propter qd' nõ excuſatur totaliter a peccato: ſicut dicit quædam gloſſa ſuper locum iſtum.Sed hoc non videtur rationabiliter dictum,quia ſcriptura nõ notat eum culpabilẽ ex hoc facto:nec fuit punitus a deo,ſicut zacharias pater iohãnis baptiſtæ:qui propter dubiũ petijt ſignũ dicens.Vnde hoc ſciam? propter quod factus fuit mutus vſq; ad filij ſui circũciſionẽ:vt habetur Lucæ.i.f.De gloſſa vero marginali allegata,parum eſt curandũ:ideo ſaluo meliori iudicio,poteſt aliter dici.Vno modo quod gedeon fecit hoc ex inſtinctu diuino,& ſic non peccauit.inſtinctus enim diuinus non impellit hominẽ ad peccandũ. Alio modo dicendũ:ꝙ gedeon non dubitauit de potẽtia dei quin per ipſum poſſet ſaluare populũ:nec de verbo domini dicto ſibi. Vade,in hac fortitudine tua liberabis iſrael,dubitauit quin eſſet verum:ſed ignorauit vtrum hæc promiſſio eſſet abſoluta,quæ ſemper impletur:vel cõditionalis,ſcilicet niſi gedeon & eius ſocij ponerẽt aliquod impedimentũ per aliquod peccatũ.Frequẽter enim in ſacra ſcriptura intelliguntur promiſſiones diuinę factæ ſub tali cõditione,ꝗuis nõ exprimatur Hiere.xviij.b.Subito loquar de gente & regno,vt ædificem & plantem illud:ſi fecerit malũ in oculis meis,vt non audiat vocẽ meam:pœnitẽtiã agam ſuper bono quod locutus ſum vt facerẽ ei.Timuit igitur gedeon ne per fragilitatẽ ſuam vel ſocioꝝ ſuoꝝ proueniret impedimentũ dictæ promiſſionis. Petijt ergo humiliter a deo doceri per ſignum ꝙ nõ proueniret tale impedimẽtũ: vt ſic cõſtantius & expeditius iret ad præliũ:propter quod petijt duplex ſignum:vnum pro ſe,aliud pro ſocijs ſuis.Ad auctoritatem malachiæ dicendũ:ꝙ iudæi tenebantur ſoluere decimas ex præcæpto dei:ſicut patet ex multis locis vet.teſt.& per cõſequẽs hoc erat neceſſe ex parte ſoluentiũ,& vtile ex parte recipiẽtium. Erat enim ad ſuſtentationẽ miniſtroꝝ dei. Ad hoc igitur inducebat dñs populũ ſuum per prophetã,di.Inferte omnẽ decimã &c. Quod autem ſubditur. Probate me ſuper hoc &c. ly & probate, non tenetur hic cauſaliter:ſic intelligendo ꝙ ſoluerẽt decimas ad probãdũ ſeu tentandũ ſi per hoc deus aperiret eis cataractas cœli: ſed tenetur conſecutiue:& eſt ſenſus.Si impleueritis præcæptum meum de decimis ſicut tenemini:& ego conſequenter multiplicabo bona veſtra . ſicut dicitur Eſaiæ.j.e. Si volueritis & audieritis me bona terræ comedetis.

G Obiectio iudæi prima.

QVarto accipit iudæus illud qd' habetur Matthæi.v.f. Audiſtis quia dictũ eſt antiquis:nõ ꝑiurabis.ego autem dico vobis,non iurare omnino &c. Sequitur: Sit autem ſermo veſter,eſt eſt:non non:quod aũt abundantius eſt,a malo eſt. Audiſtis quia dictum eſt antiquis:oculum pro oculo, dentem pro dente:ego autẽ dico vobis,nõ reſiſtere malo:ſed ſi quis te ꝑcuſſerit in dexteram maxillam,præbe ei & alteram:& ei qui vult tecum in iudicio contendere & tunicam tuam tollere: dimitte ei & pallium &c.Et ſequitur:Audiſtis quia dictum eſt:Diliges proximum tuum & odio habebis inimicum tuum.Ego autem dico vobis. diligite inimicos veſtros, & benefacite his qui oderunt vos &c.Ex iſtis arguit primo cõtra illud quod dicitur: Dico vobis non iurare omnino:qa ſcribitur Deu.x.d.Dominũ deum tuũ timebis:& ei ſoli ſeruies:ipſi adhærebis & in nomine illius iurabis:& ſic patet ꝙ ieſus deſtruit legẽ a deo datam etiam in moralibus quod negant chriſtiani.

Secunda. ¶Item contra illud qd' ſubditur:Dico vobis non reſiſtere malo.deſtruit enim in hoc legẽ rectitudinis iuſticiæ & a deo datam Exo.xxi.c.Oculũ ꝓ oculo &c.

Tertia. ¶Item chriſtiani nõ ſeruãt legem ieſu nazareni:Nam ꝑ fraudes & lites vnus rapit bona alterius:& non ſolum hoc eſt verum de ſæcularibus ſed etiam de religioſis fratribus.

Quarta. ¶Item contra illud quod ſubditur.Dico autem vobis:diligite inimicos veſtros:benefacite his qui oderunt vos.Nam deus inhibuit filijs iſrael ne amicitias vel fœdera contraherent cum habitatoribus terræ chanaã,qui erant inimici eorum:nec quærerent eis bonum:vt habetur Exod.xxxiiij.b.& ſic ieſus nazarenus deſtruit diuinum præcæptum. Deuter. 23.b.

Reſpõſio ad primã. Ad primum dicendum ꝙ negatio præpoſita ſigno vniuerſali facit æquipollere ſuo contradictorio:quia nõ omnis, & quidam nõ æquipollent,& ideo per hoc qd' dr:nõ iurare oĩno,nõ excluditur omne iuramentũ:quia quilibet tenetur ſupiori requirenti veritatem ꝑ iuramẽtũ dicere:aliter periret veritas & iuſticia in multis caſibus.Sed excluditur iuramẽtũ illicitũ quod eſt triplex.ſ.falſum,qd' caret veritate:& iuramentũ iniquũ,quod caret iuſticia:ſicut cũ aliqs iurat innocenti nocere.& iuramentum incautũ qd' iudicio diſcretionis caret:ꝙ ſit qñ quis iurat abſq; neceſſitate aut pia vtilitate.Et propter hoc dr Hiere.iiij.a.Iurabis viuit dñs in veritate & in iuſticia & in iudicio:ad excludendum tria prædicta iuramẽta illicita.Sciendũ aũt ꝙ ex verbo Deu.x.ſ. allegato:In nomine illi⁹ ſcilicet dei iurabis:aliqui dixerunt ꝙ iu- H ramentum eſſet frequentandum tanꝗ religionis actus etiã in cõmuni verbo vbi non apparet neceſſitas:aut pia vtilitas:de qbus videtur fuiſſe iudęus hic arguens.Sed quod hoc ſit falſum,patet per præcæptum diuinum Exo.xx.b.vbi dicitur:Non aſſumes nomen dei tui inuanũ:Nec em̃ habebit inſontẽ dñs eum qui aſſumpſerit nomẽ dei ſui fruſtra.qd' facit ille qui iurat ſine neceſſitate, aut pia vtilitate.Hoc etiã patet per verbum Hier. ꝑallegatũ.Itẽ Eccli.xxiij.b.Dicitur vir multũ iurãs replebitur iniquitate.Nã ex frequentia iurandi,& iuramento incauto labitur in iuramẽtũ falſum & iniquum.Qd' aũt ſubditur.Sit ſermo veſter eſt eſt:nõ non.i.ſimpliciter affirmando veritatẽ,& negando falſitatẽ,intelligendũ eſt vbi neceſſitas plus non exigit.Et ꝙ hoc intelligatur de communi modo loquendi inter homines, patet ꝑ hoc quod dicitur,ſermo veſter:quod autem amplius eſt a malo eſt:nõ dicit eſſe malum ſed a malo.Nam omne iuramentũ eſt a malo culpæ vel pœnæ.Iuramentũ enim falſum iniquum & incautũ,eſt a malo culpæ ex pte iurantis:Iuramẽtum autẽ licitũ eſt a malo pœnæ ex parte requirentis iuramentũ.Ex humana nãq; fragilitate quæ pœna quædam eſt inflicta humano generi ꝓpter peccatũ primorum parentũ:ꝓcedit ꝙ homines ſibi mutuo non credũt ſimplici verbo abſq; iuramento.

Ad ſecundam. ¶Qd' autem vltra arguit ieſum nazarenum deſtruxiſſe legem iuſticiæ ac rectitudinis:nõ eſt verũ.Circa quod ſciendum:ꝙ nõ reſiſtere malo aliquãdo bonũ eſt & neceſſariũ:& ſic cadit ſub præcæpto:vtpote quando ex tali reſiſtentia apparet manifeſte origo magni mali:vt diſcidium ciuitatis:vel regni vel aliud huiuſmodi.Aliquando vero eſt bonũ ſuperogationis:vt qñ malũ illatum tolleratur patienter ꝓpter deum,vel propter pacem ſeruandam vel ſui humilitationem:& ſic nõ reſiſtere malo,cadit ſub conſilio & nõ ſub ꝑcæpto,Et in iſtis duob⁹ modis loquitur ſaluator:& ſic nõ excludit legem iuſticię:ſed addit ſuper hoc perfectionem legis euangelicæ,ad quam non tenẽtur homines:ſed poſſunt licite de illata iniuria vindictam quęrere:ſm ordinẽ iuſticiæ:qñ nõ apparet ex hoc maius malum ſurgere:vt ꝑdictũ eſt.Sciendũ aũt ꝙ ex hoc legis verbo:Oculũ ꝓ oculo,dentem ꝓ dente &c.aliqui iudæi,de quibus videtur iſte fuiſſe, interpretantes dixerunt: ꝙ vindicta erat per ſe petenda.quod eſt falſum:quia vindicta eſt malum pœnę & ideo nõ eſt ꝓpter ſe appetibilis ſed ꝓpter aliquod bonũ cõſequendum vt propter or-

✱ dinẽ iuſticię

A ✱ dinem iuſticię ſeruandum,vel propter correctionẽ iniuriãtis,vel propter terrorẽ alioꝝ vt ab iniurijs coerceantur,vel aliquid huiuſmodi.Vbi igitur nullum tale bonum ex pœna alicui⁹ æſtimatur ꝓuenire,ſed magis timetur de ſcandalo & malo maiori:tũc deſiſtere a vindicta quærenda:e[illegible] [illegible]eceſſitatis & præcæpti,vt ꝑdictũ eſt. Si autem circa talem caſum a vindicta quærẽda quis deſiſtat, bonum ſupererogationis [illegible].Et hoc patet per facta ſanctorũ patrum non ſolum noui teſtam[illegible]ti:ſed etiã veteris.Sanctus enim ioſeph potens vindicare a fra[illegible] [illegible]ibi illatam iniuriam:nõ ſolũ a vindicta [illegible]titit,ſed etiam eos cũ [illegible] familijs miſericorditer ſuſtentauit [illegible]liter dauid [illegible]mei ſibi [illegible]aledicentem & lapides contra eum [illegible]ntem,& ex h[illegible] [illegible]ũ læſæ maieſtatis,occidi ab abiſai ꝓhib[illegible] [illegible]g.xvij.c.dic[illegible]s:Dimitte eum vt maledicat:ſi forte videat [illegible] [illegible]s aff[illegible]onẽ meã.Idem etiam patet per ſcripturam veteris [illegible]nti L[illegible].xix.d.Non quæras vltionem,nec memor eris [illegible] [illegible]ũ.V[illegible] vero ex vindicta ſm ordinẽ iuſticiæ non [illegible] [illegible]cand[illegible] [illegible]l mali:& ex deſiſtentia ab ea daretur m[illegible] [illegible]acia iniuriã[illegible]:tunc talis deſiſtentia malum eſſet & peccatum.In tali c[illegible] [illegible] intelligendũ ſaluatoris verbum.Quod autẽ ſequitur [illegible] [illegible]ercuſſerit in vnam maxil-

Act.i.a. lam &c.non eſt intellig[illegible] [illegible]ũ ad effectũ,vt ſic percuſſus maxillam alteram offera[illegible] [illegible]uia ieſus qui cœpit facere et docere,percuſſus in vna [illegible] [illegible]betur Iohã.xviij.d.non exhibuit aliam maxillam [illegible] [illegible]eũ charitatiue corripuit, dicens.Si male locutus ſum [illegible]m perhibe de malo:ſi autem bene,cur me cedis? Eſt i[illegible] [illegible]ũ prædictum ſm animi diſpoſitionem intelligendũ:vt [illegible] ſic ꝑcuſſus ſit diſpoſit⁹ in animo adhuc ſuſtinere maiores percuſſiones vel iniurias in caſib⁹ prædictis,ſcilicet qñ eſt ibi bonum neceſſarium vel ſupererogationis.

Ad tertiã ¶Ad illud autem quod obijcitur de chriſtianis legem chriſti non obſeruantibus:Dicendum ꝙ ex eorum malicia non peioratur lex euãgelica:ſicut nec lex in monte ſinai data per hoc ꝙ iudęi ſatis cito poſt eius dationem fecerunt & adorauerunt vitulum conflati-

Ad q̃rtã. lem.Exo.xxxij.b.¶Ad illud autẽ quod arguit vltra de odio inimici:ſciendum,ꝙ doctores hebræi circa hoc errabant. Ex hoc em̃
B quod præcæptum eſt Leuit.xix.d.Diliges proximum tuũ ſicut te ipſum:arguebãt a contrario ſenſu ꝙ debebãt odire inimicũ. Sed hoc eſt falſum:quia omnis homo ex charitate diligend⁹ eſt,in quãtum ad imaginem dei eſt:& capax ipſius per cognitionem & amorem:Amicitia em̃ charitatis,fundatur ſuper communicationẽ ſupernaturalis beatitudinis:& ideo oĩs intellectualis creatura quæ actu vel potentia eſt beata,eſt ex charitate diligenda.Mali autẽ homines,ꝗd[illegible] [illegible]unt in via,ſunt in potentia veniendi ad beatitudinem.Et id[illegible] [illegible]licet malicia eoꝝ ſit odienda:ipſa tamen natura poſſibilis be[illegible]ari eſt diligẽda,et hoc eſt ꝙ dicit ſaluator:Diligite inimicos [illegible] bona ſcilicet gr̃ę & gloriæ eis optando. Alia autẽ nõ ſunt eis optãda,niſi in quadã generalitate inquantũ valent ad eorum ſalutem:quod ſoli deo eſt notum:quia omnibus alijs põt homo bene vel male vti:& ideo circa hoc nõ eſt aliquid determinate petendũ:ſed ſub conditione ꝗtũ valent,ſcilicet ad eorũ ſalutẽ.Sequitur:Benefacite.Benefacere eſt effect⁹ dilectionis.Et ideo ſicut tenemur diligere inimicos quantum ad bona gratiæ & gloriæ:ita tenemur in effectu ſalutẽ eorũ modo debito et poſſibili ꝓcurare.Qꝫ autem benefacere odientib⁹ & inimicis ſit laudabile, patet non ſolum per ſanctos patres noui teſtamenti,ſed etiam veteris:Iſaac enim regi gerare & viris eius qui eum oderant & expulerant fecit magnũ cõuiuiũ.Geñ.xxvi.f.¶Ioſeph fratres ſuos qui eum occidere voluerunt:& tandem ſeruituti,quæ eſt mors ciuilis vendiderant,dulciter recæpit & pauit.Geñ.xliij.g.Dauid ſaulem ipſum perſequentem ad mortem,bis a morte liberauit.j.Regum xxiiij.d.&.xxvj.b.Heliſæus ſyros eũ quærentes ad mortem a rege iſrael interfici ꝓhibuit,& eos cibo & potu iuſſit refici, & ſic ad dominũ ſuũ libere remitti.iiij.Reg.vj.e.Hoc etiam patet per ſcripturam veteris teſtamenti.Exodi.xxiij.a. Si occurreris boui inimici tui aut aſino erranti,reduc ad eum. Item ibidem : Si videris aſinũ odientis te iacere ſub onere,non pertrãſibis : ſed ſubleuabis cum eo.Item Prouerb.xxv.c.Si eſurierit inimicus tuus ciba illũ,ſi ſitit da ei aquam bibere.Item Pſ.cxix.b.Cum his qui oderant pacẽ erã pacificus.Quod aũt cõtra dicta arguit de habitatoribus terræ chanaan:de quibus inhibuit filijs iſrael,ne contraherent cum eis amicitias,ſed eos occiderent.Dicendum ꝙ illi erant idolatræ peſſimi propter quod mortẽ meruerãt ſm iudiciũ dei:& iõ filij iſrael occidentes eos:non fecerunt ex odio,ſed ex mandato dei : & iuſticiæ zelo. Cum ipſis enim non erant amicitiæ contrahendæ:ne per hoc filij iſrael traherentur ad vitium idolatriæ.

Obiectio iudæi prima.

QVinto accipit iudæus illud quod habetur Matt.viij.a. Cum deſcendiſſet ieſus de monte,ſecutæ ſunt eum turbæ

[illegible]ltæ,& ecce leproſus veniens adorabat eum dicens : [illegible]i vis,potes me mundare &c.Sequitur:Et ait ieſus va[illegible] de te ſacerdoti & offer munus quod præcæpit moy[illegible] arguit ſic,ꝙ volebat ſacrificium quod fiebat in emun[illegible] [illegible]proſi:alibi vero ſcilicet Matth.ix.b.dicit : Miſericordiã [illegible]on ſacrificiũ:& ſic contradicit ſibijpſi , & ſic inſtabilis [illegible]untate.Item idem arguit per hoc quod dicit mundato a [illegible]de nemini dixeris &c.Et alibi. ſ.Lucæ. viij.f.dixit curato a[illegible]one:Vade ad tuos:&,narra quanta fecerit tibi deus. C

Secũda. ¶Item alibi ſcilicet Matth.x.d.dixit:Qui me confeſſus fuerit corã hominib⁹,cõfitebor & ego eum corã patre meo:& ſic patet ꝙ voluit facta ſua celari,& publicari,quæ ſunt contradictoria.

Rñſio ad primam. Ad primũ dicendum,ꝙ non valet:Nam eadem ratione per ſcripturam veteris teſtamenti quam iudæus confitetur eſſe veram,probaretur deum eſſe mutabilem,quia Geneſ.viij.d.dicitur de noe ſacrificio: Odoratuſq; eſt dominus odorem ſuauitatis:& ſic fuit ſibi placitũ. Itẽ in Exo.& Leuit.& in alijs libris veteris teſtamẽti prçcępit deus ſibi offerri ſacrificia tanꝗ ſibi placita.Et Eſaiæ.j.d.dicit: Holocauſta arietum,& adipem pinguium,& ſanguinem hircoꝝ & vitulorũ nolui.Et Pſ.xxxix.b.Sacrificium & oblationẽ noluiſti &c.Hęc omnia non arguunt dei mutabilitatem:Nã ipſe immutabilis,mutabilia operatur:ſicut incorporeus corporea.Quod autem ieſus dixit allegando dictum Oſee prophetæ.vj.b.Miſericordiã volui & non ſacrificium:non dixit hoc,ſacrificia veteris legis reprobãdo habebãt enim tũc curſum ſuũ vſq; ad mortẽ chriſti : ſed hoc dixit opera miſericordię ſacrificijs præponendo. Nam habent duplicẽ bonitatem. Vnam ex genere: quia ſunt opera virtutis moralis. Aliam ex charitate:quia quando fiunt ex charitate:habent bonitatem meriti vitæ æternæ.Sacrificia vero veteris legis non habebãt bonitatẽ,niſi ex fide & deuotione offerentium.Ideo dicitur Geñ. iiij.a.Reſpexit dominus ab abel & ad munera eius quaſi dicat munera fuerunt accępta ſibi propter bonitatẽ offerentis.Quod autẽ iſto modo intellexerit propheta,vel potius dominus loquẽs per prophetam,patet per textum ibidem:qui talis eſt:Miſericordiam volo & non ſacrificium:& ſcientiam dei plus ꝗ holocauſta: Per hoc quod dicit:Plus holocauſta:quæ ſunt quędã ſacrificia : patet ꝙ non loquebatur holocauſta reprobando:ſed eis ſcientiã dei prę ferendo.Et eodem modo de operibus miſericordię reſpectu ſacrificiorum.Et hoc idem patet Eſa.j.d.poſtꝗ dixit dominus : Holocauſta arietum,& adipem pinguium:& ſanguinem hircorũ & vituloꝝ nolui,ſubdidit:Quęrite iudicium,ſubuenite oppreſſo,iudicate pupillo,defendite viduam:& venite & arguite me dicit dominus.Si fuerint peccata veſtra vt coccinum:quaſi nix dealbabuntur.Ex quo patet manifeſte:ꝙ opera miſericordiæ & iuſticiæ magis erãt deletiua culpæ,& meritoria gloriæ habendæ:tñ chriſti tẽpore:ꝗ ſacrificia legis. D

Ad ſecũdam. ¶Quod autem arguitur vltra,ꝙ ieſus voluit aliquando facta ſua celari,aliquãdo vero publicari:fuit valde rationabile.Nam omnis eius operatio fuit noſtra inſtructio.Expedit autem imperfectis opera ſua bona celare:ne per vanam gloriam extollantur.Et expedit aliquando:& maxime perfectis opera ſua bona in publico ponere,ad dei gloriã & ꝓximi ædificationem.Quantum ad primum dicit chriſtus Matthæi.vj.a. Te autẽ elemoſynam faciente,neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. Et quantum ad ſecundum:Sic luceat lux veſtra coram hominib⁹ vt videant veſtra bona opera & glorificent patrem veſtrũ qui in cœlis eſt.Sic etiam patres veteris teſtamenti aliqua bona opera fecerunt occulte,& aliqua publice.Helias enim filium viduæ ſareptanę ſuſcitauit ſecrete in ſuo cubiculo,ad conſolationem matris viduæ.iij.Regum.xvij.f.Et ignem de cœlo fecit deſcendere ſuper holocauſtum ſuum ad declarationem deitatis verę, publice ſcilicet coram rege achab et populo iſrael.iij.Regum.xviij.f.Similiter heliſæus multiplicationem olei ad ſuſtẽtationẽ viduæ & filiorũ eius,& ad ſatiſfaciendũ creditori,fecit ſecrete ſcilicet clauſo oſtio vt habetur.iiij.Regum.iiij.a.Et milites ſyriæ volentes eum capere acriſia percuſſos duxit in medium ſamariæ coram rege iſrael & populo ciuitatis:vt habetur.iiij.Regum.vj.d. Patet igitur ex prædictis ꝙ ieſus rationabiliter aliqua facta ſua publicauit & aliqua occultari voluit.

Obiectio iudæi prima.

SExto accipit iudæus illud quod dicit ieſus Matth.xj. d. Cõfitebor tibi pater domine cœli & terræ &c. Chriſtiani dicũt ꝙ pater & filius vnum ſunt: quomodo igitur dicitur confiteri coram patre ſuo? deberet magis dici coram ſeipſo.

Secunda ¶Item ſi omnia ſunt ei tradita a patre nihil habet a ſeipſo,& ſic ex ſe eſt omnino deficiens.

Rñſio ad primam. Ad primum:ſupra declaratum eſt per ſcripturas hebræorum,ꝙ ieſus eſt deus & homo,deus ab æterno homo ex tempore . Item declaratũ eſt ſupra:ꝙ ieſus nazarenus eſt vere chriſtus,& qa ſunt diſtinctę naturæ:ideo ſm ꝙ deus,dicit Ioh.x.f.Ego & pr̃ vnũ ſumus, ſcilicet

Universidad de Deusto Biblioteca

E in essentia: distincti tamen in personis. Secũdum autem dicit Iohan.xiiij.d. Pater maior me est. Et sic orat co[...] confitetur. ¶ Quod autem subditur: ꝙ habet omnia a p[...] se est omnino deficiẽs. dicendũ quod hæc propositio [...] stus in quantum homo est creatura: omnis autẽ creatura [...] rit, in nihilum cadet, sicut est de nihilo: & ita potest is[...] reduplicatione: Christus in quantum homo, nihil est ex [...] no deficiens. Si autem ex dictis aliquis arguat: quod i[...] tur de christo in quantum deus: quia quicquid habet filiu[s] deus habet nascendo, & per consequens habet illud a pa[tre] ex se nihil est, sed est omnino deficiens. Dicendum ꝙ non sequit: quia filius a patre habet idem esse cum eo. Nam diuinum esse non est multiplicabile: & ideo sicut pater est necesse esse. sic & filius: & sic non potest dici deficiens, Nam eãdem deitatem, potentiam & sapientiam: & sic de alijs absolutis habet cum patre. Qđ autem in diuinis sit pater & filius: non solum pater ex nouo testamẽto, sed etiam ex veteri. Esaię.ix.b. Filius datus est nobis: & vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius &c. Ex quo patet quod in diuinis est filius & per consequens pater: quia dicuntur relatiue adinuicem, quæ posita se ponunt & perempta se perimunt: Nõ em̃ potest dici ꝙ dei filius sit filius alicuius creati vel finiti. Non tamen sunt duo increati, nec duo immensi: sicut nec duo dij: sed vnus increatus & vnus immensus: nullam distinctionem enim habẽt in deitate, sed solum in personali proprietate.

Ad secũdam,

obiectio iudęi alia & prima

SEptimo accipit iudæus illud quod scribitur Matthæi. xij.b. In illo tempore abijt iesus sabbato per sata: discipuli autem eius esurientes cœperunt vellere spicas & manducare. Pharisæi autem videntes: dixerunt ei: Ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere sabbatis. At ille dixit eis: Non legistis quid fecerit dauid quando esurijt et qui cum eo erant: & quomodo intrauit domum dei & panes propositionis comedit: quod non licebat ei edere: neq; eis qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus? Et non legistis in lege, quia sabbatis in templo sacerdotes violãt sabbatum? & sine crimine sunt. Dico vobis quia templo maior est hic. Ex dictis sic arguit. Primo si iesus eit deus vt dicunt christiani: quare relaxauit obseruantiam sabbati, cum ipse prius eam præcæperit. Exodi.xx.b. Memento vt diem sabbati sanctifices? Igitur aut ipse non est deus, cuius contrarium affirmant christiani: aut deus est mutabilis relaxando quod præcæperat, maxime tanquam legitimum sempiternum: cuiusmodi est obseruatio sabbati. ¶ Item exemplum quod adducit de dauid non est conueniẽs. Primo quia discipuli iesu non erant in tãta necessitate famis sicut dauid, tunc trãsgrediens sabbatum, transgressionem non reiterauit. Item si excusauit hanc dauid transgressionem: eadem ratione debuit excusare adulterium eius cum bethsabee & homicidium vriæ. Item exemplum quod adducit de sacerdotibus non est ad propositum. Sacerdotes enim operabantur sabbato in templo, accendendo ignem vel potius nutriendo: hoc autem non erat prohibitum: sed solum de habitationibus hominũ: sicut dicitur Exodi.xxxv.a. de sabbato: Ignem non accendetis in cunctis habitaculis vestris, templum autem non includitur in generalitate habitaculorum hominum. Ad solutionem istorum præmittendum est vnum: scilicet ꝙ tempore veteris testamenti dominus dispensauerit in obseruantia sabbati. Hoc autem patet Iosue.vj.a. vbi dicitur, ꝙ de mandato domini iosue & viri bellatores circumierunt vrbem hiericho septem diebus continuis armati: & sic oportuit ꝙ dies sabbati fuerit vna de illis. Et in libro apud hebræos autentico qui dicitur cedar olam, idest ordo sæculi, dicitur ꝙ die sabbati fuit prælium hiericho: Et hoc satis innuitur in textu Iosue.vj.b. vbi dies ille dicitur de sabbato, & illo die circumierunt hiericho septem vicibus, & in vltimo circũitu corruẽtibus muris intrauerunt & interfecerunt omnes habitatores vrbis. Item.iij.Reg.xix. b. dicitur, ꝙ helias ambulauit in fortitudine cibi diebus quadraginta & noctibus quadraginta continue: & sic pluries ambulauit in sabbato & ex voluntate dei. ¶ Ad primum dicendum ꝙ magis est ad oppositum: Nam ille qui dat præcæptũ, potest in illo dispensare in casu & totaliter reuocare: & ideo iesus in quantum de⁹ poterat hoc facere. propter quod subdit de seipso: Dominus est filius hominis etiam sabbati: Idem autem in persona est filius hominis & filius dei. Quod autem arguitur vltra, ꝙ deus sit mutabilis: nõ valet: Nam immutabilis existens, mutabilia operatur, sicut incorpore⁹ existens incorporalia operat̃ & facit: Et quod vltra dicitur ꝙ sanctificatio sabbati fuit præcæpta ad semper, non est verũ. Nã vbi de seipsa scribitur Exodi.xxxj.d. Pactum est sempiternũ: in hebræo habetur: pactum est beollam, idest in sæculum: quod non significat æternitatem, sed tempus lõgũ cõmuniter accæptum. Et hoc modo dicitur Hierę.ij.d. A sæculo confregisti iugum meũ, id est ab

F

Secunda

Rñsio.

Ad primam,

Mat.12.a

[est] ab antiquo tempore: & in hebræo habetur, beollam cõfregisti [...], idest a sæculo. Aliquãdo vero accipitur pro tempore determinato, quod tamen potest esse satis breue: sicut Deut.xv.c. dicitur: Perforabis aurẽ eius in ianua dom⁹ tu[æ] & erit tibi seruus in æternum. In hebræo habetur: Perforabi[s ...] & erit tibi seruus beollã idest in sæculum: & hoc tempus pot[est esse] breue vel longũ. Vñ dicit hic glossa hebraica, beollam: ide[st ...]ctis dieb⁹ sęculi domini vsq; ad iubileum. Si enim infra an[num ... p]erforationis auris serui moreretur dominus: fiebat lib[er ...]. Et si viue[ret] vltra annũ iubileum, seruus tñ fieb[at ...] [i]ubileo. Pa[te]t [igi]tur ex dictis: ꝙ obseruatio sabb[ati ...] ad [...] ad tẽpus. Et ex hoc patet: ꝙ illi q[ui ...] hebr[...]m trãstulerũt æternũ vel sempit[ernũ ...] simplici[...]nẽ errandi circa obseruantiã sabbati & ci[...]tẽ arguit vltra de discipulis iesu spic[as] [ve]ller[e ...] runt, Non est verum. Non en[im ...] bitur Deut.xxiij.d. Ingress[us ...] quantum tibi placuerit. E[...]iadi & alijs fructibus. Nec pe[...] tempori[s] [sc]ilicet diei sabbati: Nam eorum e[...] Po[t]est etiam probabiliter dici: quod simpli[...] [sa]bbati. Non enim peccabant ratione com[...] in die sabbati licitum erat omnibus iudæ[...]onis granorũ de spicis, quæ est quædã præp[...] præparatio cibi per decoctionem esset ꝓhibita [...] Exodi.xvj.e. quia ibi est longus labor & distr[...] positio lignorũ & accensio ignis, & cõpositio va[...] sollicitudo circa decoctionem vt fiat oportune: tamen [...] præparatiões paru[i] laboris & paruæ distractionis, in die [...] poterãt fieri: vtpote cibũ coctum præcedẽti die disponere in vasis, & ponere super mẽsam, mappam, & similia. Et similiter etiã quæ cruda comedebantur vt herbę, licitum erat lauare. Vellicatio autem spicarum nõ videtur esse magis laboriosa seu distractiua, sed minus: & per consequens licita. Quod autem vltra arguit ꝙ dauid & viri eius erant in maiori necessitate famis quam discipuli iesu, non videtur verisimile. Habebant enim aliquã pecuniam vel aliqua pignora ad habendum cibum aliunde, quæ discipuli iesu non habebant: quia sine pecunia & pera, & cũ simplici veste necessaria incedebãt. Vnde nec achimelech summus sacerdos quæsiuit de necessitate dauid & virorũ suorum ad hoc ꝙ daret eis licite panem sanctum: sed solum de mũdicia eorum, maxime a mulieribus: vt patet.i.Regum.xxj.b. Quod aũt arguitur vltra ꝙ dauid peccauit panes illos comedendo: patet falsum: non solum per verbum saluatoris factum [...]antis: sed etiam per scripturam veteris testamenti: quæ non rep[ro]bat comestionem dauid: nec achimelech concessionem. Et qui[a] [su]m[m]⁹ sacerdos erat, nõ est verisimile ꝙ ignoraret quid esset [...] vel illicitum circa obseruantiã sabbati. Ipse autem dixit: Si mundi sunt pueri, maxime a mulieribus, manducent. q.d. fames supposita, dicta mundicia, facit comestionem licitã. Quod autem vltra dicitur ꝙ eadem ratione debuit excusare, vel relaxare adulteriũ cũ bethsabee & homicidium vriæ: Dicẽdum ꝙ falsum est. Nã ista sunt ꝑ se mala: nec possunt bene fieri: propter quod in talibus nõ habet locum dispensatio. ¶ Qđ autem vlterius dicitur de sacerdotibus in templo laborantibus manualiter et licite: non solum accendendo ignẽ, vel potius nutriendo, sicut precipitur Leuit. vj. b. Ignis in altari meo semp ardebit: quẽ nutriet sacerdos, subijciens ligna mane per singulos dies: sed etiã hostias lauãdo & super altare cremando, & hoc ratione templi, vel potius diuini cultus ibidẽ fiendi. Eadem ratione vel maiori, discipuli præsente iesu & ei⁹ licẽtia poterãt licite vellere spicas: dato ꝙ alias esset illicitũ, quod tamen non est: vt supradictum est: Ideo subdidit saluator: Dico autẽ vobis quia maior templo hic.

G

Ad secũdam.

H

OCtauo accipit iudæus illud quod scribitur Matthæi. xij.c. Omne peccatum & blasphemia dimittetur hominibus: spiritus autem blasphemia non dimittetur. Et quicunq; dixerit verbum contra filiũ hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra spiritumsanctum, non remittetur ei, neq; in hoc sæculo, neq; in futuro. Ex his arguit sic. Vos christiani dicitis quod pater & filius & spiritussanctus sunt vnius essentiæ & vnius volũtatis: quo modo ergo est peccatum seu blasphemia cõtra spiritumsanctum & non contra filium & patrẽ? Et quomodo vnus remittit peccatũ vel blasphemiã sine alio? Hæc enim quæ videnẽ haberi ex verbis iesu implicãt cõtradictionẽ. Nã si sunt vnius essentiæ: & vn⁹ blasphemat̃ & alter nõ: sequit̃ ꝙ idem blasphemat̃ & nõ blasphematur? Et si sunt vnius voluntatis, si vnus remittit & alter nõ, sequitur ꝙ idem remittit eidẽ blasphemanti & non remittit: quæ sunt contradictoria. ¶ Item de anima blasphemantis ipsum christum separata

obiectio iudæi de trinitate prima.

Secũda.

A quæro [...] vel in gehenna: Si dicatur [...]uitur ꝙ [...] impotẽs ad puniendum p[...] sibi illa[...] [q]ui remissam: Si autem dic[...] sit [...]enna: sequ[...] filius sint impotentes ad [...] du[...]m, cum rem[...] [blasp]hemiam. ¶ Item si duo remittun[t] pat[...] & filius, & spi[...] [...]s nõ remittit: quid proficit blasph man[...] & quid sibi n[...] [s]piritussanctus non remittit, ex quo p[...] ter [...] filius remittun[...] [...]is ergo quæ sibi videtur friuola & cõ tra[...]ionem implic[...] [...]æ consequuntur ex verbis iesu naza re[...] [...]ludit ꝙ eius d[...] [...] illius momẽti. Satis patet intelli ge[...]s ꝙ obiecti[...] [...]stæ pr[oc]edunt ex imaginatione falsa cir c[...]lum trinit[...] [...]tæ. Et ideo declarandum est primo ex so[...] hebraic[...] [...]entia diuina plures sint personæ: Se cu[...]unt [...]ert[...] [s]oluentur obiectiones. Primum decla ra[...]tinc[...]m sac[...] [s]cripturæ. In principio creauit deus cœ lu[m ...] veri[...] [he]braica habet sic: In principio creauit hel[oim ...] terra[...] [a]utem heloim nomen plurale hui⁹ no[minis ...]el, vel heloi[...] [signi]ficat idẽ quod deus. Per hoc igitur ꝙ hoc nomen plura[le] [co]niungitur cum verbo singularis numeri, cum dicitu[r] [...]m, ac si diceretur: creauit dij: ostẽditur ꝙ in deo est [...] [supp]ositorum: eo ꝙ suppositi est agere: sed per vnitate[m] [osten]ditur vnitas essentiæ in tribus suppositis vel pe[rsonis ...]t non sunt tres dij, tamẽ sunt tres vnam deitatem h[...] hoc respondent iudæi dicentes ꝙ hoc nomen hel[oim ...]ter accipitur pro plurali & ꝓ singulari: Et quando a[...] [pr]o deo vero: semper tenetur in singulari. Sed hoc patet fa[lsum: N]am aliquando tenetur manifeste pro deo vero, & tamen coniungitur cum adiectiuo pluralis numeri, & aliquando cum verbo pluralis numeri: quod non esset si teneretur pro singulari. Exemplum primi Iosue vltimo: Non poteritis seruire domino: deus em̃ sanctus ipse. Hebraica veritas sic habet: Non poteritis seruire domino: quia heloim sancti ipse. Item Hiere.xxiij.g. Peruertistis verba dei viuentis domini exercituum. Hebraica veritas sic habet: Peruertistis verba heloim viuentium domini exercituum. Patet autem ꝙ istę auctoritates loquuntur de deo vero. Nã iosue loquebatur populo de seruitute dei veri: vt patet literam intuenti. Similiter hoc patet de secunda auctoritate. Nam vbi habem⁹, domini exercituum in fine auctoritatis, ꝓ hoc nomine domini, in hebræo ponitur nomẽ domini tetragrammaton, quod de solo deo vero potest dici: vt declarat Rabbi Moyses in libro de directione perplexorum. Et tamẽ in istis auctoritatib⁹ hoc nomen heloim coniungitur cum adiectiuis pluralis numeri. vt patet. E[xe]mplũ aũt secundi: scilicet ꝙ hoc nomen heloim coniungitur c[u]m verbo pluralis numeri habetur.ij.Regũ.vij.d. Quæ est ge[ns ... p]opulus israel in terra, ꝓpter quem iuit de⁹ vt redimeret sibi [...]lũ? Hebraica litera sic habet. Quæ vt populus tu⁹ gens vna in terra propter quam iuerunt heloim ad redimendũ sibi? Item Eccl's.ij.c. Quis est homo vt sequi possit regem factorem suum? Hebraica litera sic habet. Quis [e]st homo vt intret post regẽ qui iam fecerunt eum? Patet igitur ex eo modo loquendi hebraico ꝙ in diuinis est pluralitas suppositorũ, & vnitas essentiæ: quod moyses & alij prophetæ dederũt intelligi studiosis in lege per talem modum loquendi. [S]ecundo ostenditur ꝙ in diuinis est trinitas personarum seu suppositorum. Esaiæ.xlviij.c. Nõ a principio in abscõdito locutus sum, ex tẽpore antequam fierent ibi eram: & nũc dominus deus misit me et spiritus eius. Qđ autem hæc sint verba domini loquentis: patet per literam præcedentem cum dicitur: Manus quoq; mea fundauit terram, & dextera mea mensa est cœlos &c. Et sub eodem contextu ibidem loquens dicit: Et nunc dominus deus misit me & spiritus eius. Similiter per literam immediate sequẽtem cum dicitur: Hæc dicit dominus deus redemptor tuus sanctus in israel. In auctoritate vero præmissa exprimit̃ deus missus a deo & spiritu eius. Inter mittẽtẽ vero & missum semp est distinctio ꝑsonalis: Et sic ista scriptura impleta fuit in incarnatione filij, qui est deus missus in mundũ a deo patre & spiritusancto. Item Eccl's.iiij.c. Funiculus triplex difficile rumpitur. Glossæ hebraicæ sensus esse videtur. Mysterium trini dei & vnius nõ facile discutitur. Sed hanc glossam moderni iudæi peruertunt, retorquẽtes hanc trinitatem ad tria attributa diuina: quæ sunt potentia, sapientia & bonitas. Sed non videtur hæc esse sententia glossæ per hoc quod dicit: non facile discutitur: quilibet enim etiã satis simplex scit deum esse potẽtem, sapientem & bonum. Item sicut deus operatur per suam potentiam, sapientiã & bonitatem: sic artifex creatus operatur per artem suam sicut per regulam directiuam & per potentiam suam qua trãsmutat materiam ad formã scãni, vel lecti seu alicuius huiusmodi, per appetitum bonitatis lucri. Et ista tria multo plus differunt in eo, quam potentia, sapiẽtia & bonitas in deo: Et ideo si propter ista tria deus dicit̃ trinus & vnus in glossa prædicta:

Tertia.

Rñsio.

Pluralitas ꝑsonarũ diuinę naturæ.

B

[...]a: multo fortius quilibet artifex diceretur trinus et vn⁹. qđ C [...]verum: & coniungeretur singulare cum verbo pluralis nu[...]endo: hiram fecerunt templũ salomonis: sicut de deo su[...]r, ꝙ est rex qui fecerunt hominem. Item super illud Ps. [...]us deorum dominus locutus est: vbi in hebræo ponuntur [...]a diuina: & trãslatio Hieroñ. iuxta hebręum habet: Fortis [...]ominus locutus est: quærit glossa hebraica, quare asaph ter[...]auit dominũ in principio huius psalmi. Et respondet: quia [de]us in tribus proprietatibus causauit sæculũ. Proprietates autẽ istæ formaliter constituũt tres personas: quarum opera sunt indiuisa. Asaph autem fuit actor istius psalmi. Ista vero quæ hic dixi de trinitate personarum in vnitate essentiæ, tractaui diffusius in quadam quæstione de quolibet: qualiter per scripturas hebræorũ ostendi possit mysterium christi quantum ad aduẽtum eius primum esse completum. Ex dictis etiã patet: ꝙ non est contra intentionẽ antiquorum hebræorũ dicere pluralitatem in deo: dum tamẽ vnitas essentię teneatur: quod nos christiani tenem⁹ firmiter: & fideliter confitemur. ¶ His dictis respondendum est ad obiectiones. Circa quod sciendum: ꝙ saluator Matth.xij.c. distinguit blasphemiam contra filium hominis a blasphemia contra spiritũsanctũ: primam vocãs verba iudæorum nequiter prolata cõtra benignitatem humanitatis suæ: Comedebat em̃ & bibebat cum hominibus: etiã aliquando cũ peccatoribus, sicut clementissimus medic⁹ cum ægrotis: Et ex hoc iudæi vocauerunt eum voracem, potatorẽ vini, publicanorũ amicũ: vt habet̃ Matth.xj.c. Et hanc blasphemiam dixit saluator esse remissibilem: eo ꝙ erat excusabilis in parte ex consideratione fragilitatis humanæ. Secũdam vero blasphemiam vocauit verba contra diuinitatem suã nequiter dicta: vidẽtes enim ab eo fieri expulsiones dæmonũ: illuminationes cęcorũ, suscitationes mortuorũ: & cõsimilia quæ non poterãt fieri nisi virtute diuina: iudæi tamen nequiter attribuebant ea virtuti dæmonis, dicẽtes: Matth.xij.b. Hic dæmones nõ eijcit nisi in beelzebub pricipe dæmoniorum. Et hanc blasphemiam dixit saluator irremissibilem: non simpliciter, sed de difficili remissibilem. Nam ex parte blasphemantiũ nõ erat aliqua excusabilis ratio in toto vel in parte. Et quia talis blasphemia cõtrariatur principio remissionis peccatorum, quod est virtus diuina: Et quia eadem deitas est in tribus personis: ideo blasphemans cõtra vnam personã, blasphemat cõtra aliam. Et similiter quia eadem bonitas est in tribus personis: ideo vna persona nõ remittit sine alia: Nam opera trinitatis sunt indiuisa. D Remissio tamẽ peccatorũ aliquãdo attribuitur personæ spiritussancti: quia principium remissiõis huiusmodi est bonitas quæ est attributum spiritussancti. Patet igitur ꝙ obiectiones iudæi suprapositæ ꝓcedunt ex falsa imaginatione. Restat autem ostẽdere ꝙ irremissibile dupliciter dicitur. Vno modo nullo modo remissibile: Alio modo de difficili remissibile. Hoc primo patet v. metaphysicę: vbi dr̃ ꝙ impossibile & intrãsibile vno mõ dicitur qđ nullo modo potest fieri vel transiri. Alio modo qđ potest, sed de difficili. Hoc etiã declarat̃ de cõi modo loquendi. Dicitur em̃ de cæco perfecto ꝙ non potest videre simpliciter: & de cæcutiẽte ꝙ non potest videre: quia videt cum difficultate. Tertio hoc declaratur ex modo loquẽdi scripturæ veteris testamenti. Iosue considerans difficultatem populi ad bonũ, & pronitatem ad malũ dixit: Iosue vltimo.e. Nõ poteritis seruire domino &c. nõ intellexit de impossibilitate simpliciter, sed de difficultate. Nam ibi subdit̃ ꝙ inijt fœdus inter populũ & deum vt seruirẽt dño &c. Item Hiere. xiij.e. dicitur: Si potest æthiops mutare pellem suam, & pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. Qđ em̃ æthiops & pardus possint mutare pelles suas, hoc est impossibile simpliciter: sed ꝙ assuetus ad mala, reuertat̃ ad bene agẽdum non est impossibile, sed difficile: eo ꝙ habitus vitiosus inclinat ad male agendum per modum naturæ. Exemplum autem habetur in manasse rege, qui diu fuit assuetus in pessimis: & tamẽ finaliter reductus fuit ad bonũ virtutis: vt patet.ij.Parał.xxxiij.b. & in fine libri vbi ponitur eius oratio. ¶ Quod aũt iudæ⁹ quærit vltimo de aĩa blasphemantis vbi sit. Dicendũ ꝙ si recessit a corpore cũ peccato blasphemiæ, est in inferno: Si aũt recessit totaliter expedita quantum ad culpã & pœnã, est in cœlo: Si vero recessit liberata a culpa, sed adhuc ad pœnã temporalẽ obligata, detinetur in purgatorio donec purgetur, & sic ad gloriã transferat̃. Nec aliqua persona diuina est impotens ad saluandum eã vel puniendam: quia sicut tres ꝑsonæ sunt, & vnus de⁹: ita sunt vnus omnipotens ad faciendum de creatura quicquid placet sibi sm ordinẽ suæ sapientię & iusticiæ.

Ad obiectiones.

Blasphemia duplex.

Irremissibile dr̃ duplr.

NOno accipit iudæus verbum iesu nazareni quod scribitur Matthæi. xviij.b. Non est voluntas ante patrem vestrum qui in cœlis est vt pereat vnus de pusillis istis. Et ibidem præmittitur: Ve-

nit em̃ filius

E ❧ nit eum filius hominis saluare quod perierat. Item M[illegible] b. dicit: Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes n[illegible] et audientes non audiunt neq; intelligunt. Ex his a[illegible] venit saluare quod perierat, vt dicit: & tamen loqueba[illegible] turbis parabolice vt non intelligerent, nec per cons[illegible] uerterentur & saluarentur, vt ibidem in euangelio su[illegible] videntur manifeste sibi contradicere, s. ꝙ quaereret salu[illegible]

Secunda torum: & non quaereret nec vellet. ¶ Item istud vltimo [illegible] struit verbū domini Ezech. xviij. g. Nolo mortem pecca[illegible]

Rñsio ad primam vt magis conuertatur & viuat. Dicendum ꝙ christ⁹ nō se[illegible] quebatur turbis parabolice, sed aliquando plane & aperte: tra[illegible] ea quae sunt de salutis necessitate, vt patet Matth. vj. & vij. vbi tra dit formam perfectionis euangelicae. Sed quoniam frequenter ad eius praedicationem veniebant homines maligni: non ad discēdū sed ad insidiandum ei: ideo tunc loquebatur parabolice vt nō in telligerent, ne daret sanctum canibus & poneret margaritas ante porcos. Aliquando etiam fidelibus & deuotis loquens, parabolā praemittebat, & postea exponebat: vt ex praemissiōe parabolae ve ritas gratiosius caperetur. Et hic modus communiter in praedica tionibus ecclesiae obseruat. Patet igitur ꝙ iesus aliquādo loqbat parabolice: aliquādo plane. Et hoc rationabiliter: Nam Ezechiel & alij prophetae frequēter vtroq; modo loquebantur: vt patet eo rum libros intuenti. Moyses etiam aliquādo loquebatur populo velata facie: aliquando vero sine velamine. Item iudaeus arguens contra iesum eo ꝙ dicit: in parabolis loquor eis: quia videntes nō vident &c. arguit contra deū veteris testamenti: & per consequēs contra seipsum. Dicit enim dominus Esaie. vj. c. Excaeca cor ppli huius, & aures eius aggraua &c. quam auctoritatem iesus hic alle gauit tanq; impletam in sua praedicatione: per quam simplices, & illiterati fuerūt illuminati, in apostolis: & sacerdotes & scribae fue runt excaecati, sicut plenius dixi Esa. vj. ca. Nec obstat ꝙ vba sunt hic aliqualiter mutata: Nam apostoli & euangelistae allegātes scri pturam veteris testamenti, magis curauerunt allegare sensum q̃ verba. Haec autē excaecatio praedicta fuit ab antiquis doctorib⁹ iu daeorū exponentibus in libro siphere idest decoris, illud qđ dixit moyses de populo israel Deut. xxxij. a. Generatio praua atq; per uersa, haeccine reddis domino popule stulte & insipiens. Glo. Stul te in his quae praecesserūt, & insipiens ad saeculum venturū: p qđ intelligitur tempus messiae in glossis hebraicis vbiq;. ¶ Qđ autē

Ad secū dam. E vlterius dicit iesum destruere verbum domini dicētis: Nolo mor tem peccatoris &c. non valet. Nam in populo sunt poenitētes & obstinati. De poenitētibus dicit dominus istud verbū & multa cō similia. De obstinatis vero dicit comminationē asperam & totalē destructionem. Iob. xxj. b. Ducunt in bonis dies suos: & in pūcto ad inferna descendunt &c. Et hoc patuit per effectum in chore et si bi adhaerentibus. Nume. xvj. e. Et ideo si arguit iesum destruxisse domini verbum: eadē ratione sequitur quod deus destruit verba sua: quod est iniquum, & contra seipsum: maxime cū in verbis do mini in eodem cōtextu literae talis modus loquendi contrarius de obstinatis & poenitentibus frequēter inueniat Deut. xxxij. f. Ego occidam. s. obstinatos: & ego viuere faciam scilicet poenitentes. Et Ps. lxxvij. d. Cum occideret eos quaerebant eū & reuertebatur &c. Occisio refertur ad obstinatos peccatores: reuersio vero ad poeni tentes, qui aliorum poena territi poenitebant.

Oblatio iudeialia D Ecimo accipit iudaeus illud quod scribitur Matthaei. xxj. b. Mane autem reuertens in ciuitatem esuriit: & videns fici arborem vnam secus viam, iuit ad eā et nihil inuenit in ea nisi folia tantum: & ait illi: nū quam ex te fructus nascatur in sempiternum, et are facta est continuo ficulnea. Ex hoc arguit sic. Si iesus fuisset deus, a longe cognouisset fructum ficulneam non habere: nec ad eā iuis set. Item cum ipse dicat. Benefacite his qui oderunt vos: quomo do maledixit arbori quae nihil nocuerat sibi? Et ideo hoc videtur fecisse ex perturbatione irae. Dicendum: ꝙ iesus non solum inquā

Rñsio, tum deus, quem nihil potest latere, sciuit fructum in arbore nō es se, sed etiam inq̃tum homo, quia quilibet etiam satis simplex po terat illud scire, cum non esset tempus ficorum, vt dicitur Mar. xi. b. Vt quid ergo iuit ad arborem fructu vacuam? Dicendum ꝙ si cut prophetae veteris testamenti aliquando prophetabant verbis: aliquando sensibilibus signis, sicut Hieremias praedixit destru ctionem ciuitatis hierusalem per chaldaeos. & portauit catenas li gneas in collo suo, vt habetur Hiere. xxviij. c. ad significandum quod populus catenis vinctus duceretur in captiuitatem. Ita iesus qui dicitur propheta magnus. Lucae. x. a. & de quo praedictum fuit Deute. xviij. c. Prophetam suscitabit vobis deus de fratribus ve stris: etiam destructionem ciuitatis hierusalem futuram per roma nos praedixit Luce. xiij. eo ꝙ non cognouisset tempus visitationis suae scilicet per christum. Quae quidem cognitio ad sacerdotes & legisperitos

[illegible]eritos pertinebat, & id[illegible] & puni[illegible] rentis [illegible] auit per sensibile sig[illegible] [illegible]s ad legisperitos & [illegible] ructum [illegible] iebat: vacuos bonis o[illegible] per male[illegible] [illegible]is eos a deo maledicēdo [illegible] r eius [illegible] destructionem praefigu[illegible] a capt[illegible] [illegible]anos, cum sacerdotes mise[illegible]: Titu[illegible] [illegible]di, dicens: decere sacerdotes [illegible] terire: [illegible] [illegible]s lib. vij. ca. xix. de iudaico [illegible] r ex pdi[illegible] [illegible]us circa ficulneā nihil fecit [illegible] erturba[illegible] [illegible]ed ex magna ratione.

V Ndecimo accip[illegible] Matt[illegible] Tunc venit ies[illegible] m qu[illegible] gethsemani: & di[illegible] Sed[illegible] nec vadā illuc et orē [illegible] lijs zebedaei coepit [illegible] illis: tristis est anima mea v[illegible] in faciem suam orans & di[illegible] [illegible]possi[illegible] a me calix iste &c. Ex his [illegible] deus est, quomodo orauit? Ipsius enim dei non [illegible] alijs orant: vel sic liceat loqui. Item quis vnq; audi[illegible] mente & timente, cum deus sit omnipotens a[illegible] vult sine difficulta te? Si autem dicatis ꝙ iste ti[illegible] in carne & non in anima: quis est ita fatuus qu[illegible] on dolere, timere vel tremere nisi per animam[illegible] quod dicit: Trāseat a me calix iste &c. patet quod [illegible] irtus ad saluandum vitam suam & carnem. Respo[illegible] icta faciliter possunt solui ista. Declaratum est enim [illegible] scripturas hebraeorum, ꝙ messias in vete. testa. promissus futurus erat verus deus & ver⁹ homo in vna persona. Item quod redempturus erat mundum per passionem suam in humana natura. Item ꝙ iesus nazarenus est ve rus messias iudaeis promissus: ideo habuit corpus passibile & mor tale pro nostra redemptione vsq; ad suam resurrectionem, in qua habuit corpus immortale & gloriosum. Dicendum igitur quod iesus nazarenus in humanitate pro nobis assum pta, in qua minor est patre, orabat eum pro nobis, sicut scribi tur Esaiae. liij. d. Et pro transgressoribus orauit vt non perirent quod capitulū intelligit de christo ad literam, sicut ibidem multi pliciter declaraui. Orauit etiam pro seipso. Iohā. xvij. a. Pater clari fica filium tuum. Quod aūt arguit de timore, tremore & tristicia. Dicendum ꝙ ista non fuerūt in natura diuina: quia hoc est impos sibile: nisi tm̄ metaphorice, sicut Ge. vj. a. dicitur: Tactus dolore cordis intrinsecus: delebo inquit hominem quē cre[illegible] a facie ter re. Similiter nec in natura humana q̃tum ad superio[illegible]m partem anime, quae est intellectiua: in qua iesus ab instanti s[illegible] ceptio nis fuit comprehensor, & summo gaudio fruebatu[illegible] q̃tum ad partem animae inferiorē quae dicitur sensitiua, quę est in corpora li organo; in qua iesus fuit viator, fuerūt praedicta ad opus nostrę redemptionis: & vt in ipso ostenderetur vera natura sensibilis cō tra futuros haereticos qui dicturi erant, ꝙ christus non habuit cor pus passibile sed coeleste. ¶ Qđ autē vlterius inducitur: Transeat a me calix iste: Dicendum ꝙ haec petitio erat sensualitatis sicut mo uentis, quae naturaliter horret mortem: Sed erat rationis proponē tis tantum, per quam tamen rationem iesus acceptabat mortem: quia voluntas rationalis erat in eo totaliter voluntati diuinae cō formis: ideo dicebat: Verūtamen non mea voluntas, sed tua fiat. Et accipitur hic voluntas pro appetitu sensitiuo, quem appetitus intellectiuus superat. Ideo de ipso scribitur Esa. liij. c. Oblatus est quia ipse voluit. In hebraeo habetur: Angustiatus est, quia ipse vo luit. Et infra in eodem capitulo dicitur de ipso: Tradidit in mortē animam suam: & cum sceleratis reputatus est. Et propter hoc dice bat Matth. xxvj. d. Spiritus quidem promptus est: caro autem in firma idest voluntas rationis prompta est ad mortem, caro autem infirma idest sensualitas horret eam. Et hoc non solum inuenitur de iesu nazareno, sed etiā de martyribus in nouo testamento. Et sicut patet de multis: etiam in veteri testamento de machabeis ab antiocho tormētatis, & de eleazaro, de quo dicitur. ij. Mach. vj. g. Sed cū plagis perimeretur ingemuit & dixit: Domine qui habes sanctā scientiā: manifeste tu scis quia cū a morte possem liberari, graues corporis sustineo dolores: ꝑm animā aūt: idest ꝑm partē ani mę supiorē, libēter haec patior. Quod aūt arguit iudaeus ꝙ caro nō dolet, timet, aut tristatur nisi per animā: hoc est verū de anima sen sitiua. Sed quia nescit distinguere inter sensum & intellectū: id[illegible] facit ridiculosum argumentum.

Margin notes: obiectio iudaei ad primam — Secūda. Rñsio ad primam — H — Ad secū dam. — 2. Mac. 7

D Vodecimo accipit iudaeus verbum christi loquentis: Matthaei vltimo. d. ¶ Data est mihi omnis potestas in coelo & in terra. Ex hoc arguit ꝙ iesus non est deus: Qui est ex se potentissimus, ab alio non accipit po testatem

obiectio iudeialia

A testatem. Si autem dicatur ꝙ a patre est sibi potestas data, no[illegible]

Rñsio. let: quia christiani dicunt patrem & filium esse aequales. Di[illegible] ꝙ in iesu est duplex ptās, sicut est duplex natura. Vna est pt[illegible] na quam habuit ab eterno: non tamen ex se, sed ex patre: a q[illegible] distinctus in persona. Non tamen in hoc minor patre est: quia ab eo accipit eandem nu[illegible] natura & potestatem sicut superius di ctum est. Tamen iesu[illegible] ō loquitur hic de ista potestate: sed de alia quā accepit a deo in [illegible]mana natura. Nam ab instāti assumptio nis humanae naturae [illegible] nam filij, illa natura habuit excellen tiam super omnem [illegible]aturam [illegible]toritatiue, nō tamen executiue: Nam inter hoies app[illegible]uit in fo[illegible]a serui, in humana natura pas sibili ppter mysterium nrae redemptionis adimplendū: sicut fue rat praedictū Esa. liij. b. Vere languores nostros ipse tulit, & dolo res nostros ipse portauit disciplina pacis nostrae sup eū: & liuore eius sanati sumus. qđ intelligitur ad litterā de xpo etiam ꝑm anti quos doctores hebraeorum: prout ibidem plenius declaraui. Sed in sua resurrectione accepit hanc potestatem executiue: ideo tunc di xit: Data est mihi omnis potestas &c. Tamen in iudicio finali oia plenius erunt subiecta sibi [illegible] ostendit apls ad Hebrae. ij. b. Per hanc tamen potestatem quae finita est: nō est, nec erit aequalis deo patri. Sic igitur patet re[illegible] ad obiecta iudaei ex verbis euāge lij ꝑm ꝙ ad manum meam [illegible]nerunt.

Argumenta iudaei ex verbis christianorum.

obiectio prima. P Rimo arguit iudaeus ex verbis christianorum, dicēs: Vos dicitis: ꝙ creator vnus est: & ꝙ xps vester sit filius ei⁹: & ꝙ descēdit de celis sine separatione a patre & a spū sancto. Qn̄ ergo vos dicitis ꝙ filius descēdit in vterū virginis: qro si tū pater & spūsctūs fuerūt ab eo sepa

B rati an nō. Si dicitis ꝙ sic: est ōtradictio in verbis vestris: qa dici tis ꝙ descendit sine separatione ab eis. Si vero dicitis, ꝙ nō: sequi tur ꝙ pater & spūssanctus sint incarnati sicut & filius: qđ vos ne

Rñsio. gatis. Dicendum quod descēsus filij in vterū virginis nō est in telligendus per motum localem, sed per nouum effectū in virgi ne: qui quidē effectus est coniunctio diuinę naturae & humanę in vna persona. Haec igitur coniunctio potest cōsiderari dupliciter. Vno modo effectiue & sic facta fuit a tribus personis. s. patre & fi lio & spūsancto: Nam eorum opera sunt indiuisa. Alio modo ter minatiue: & sic illa cōiunctio terminata est ad personam filij: pro pter quod solus filius dicitur incarnatus. Licet autem ad hoc po ni non pos[illegible] exemplum qđ non habeat plus de disconuenien tia q̃ de cō[illegible]nientia: tamē q̃um ad aliqd potest poni conueniēs. Ponatur [illegible] casus qđ plato, socrates, cicero tractant matrimo nium b[illegible]m socrate qi est media persona. Si ergo quaerat a quo est effectiue ista matrimonialis coniunctio: patet quod a tri bus. Si autem quaeratur ad quē est terminatiue: patet quod ad so cratem tm̄: propter quod ipse solus dicit esse berthae maritus. Sic suo modo est i[illegible] proposito: quia licet pater & filius & spūssanctus sint vnum in natura: tamē sunt distincti in personis. Incarnatio vero terminata est ad filium prout personaliter distinguitur a pa tre & spiritusancto: non [illegible] dicitur separatus ab eis: quia nomē separationis nō recipitur i diuinis personis: qa significat diuer sitatem essentiae: non sic aūt nomen distinctionis. Sic igitur patet ꝙ ad dictum christianorum de christi incarnatione, non sequitur C contradictio seu aliud inconueniens.

obiectio secunda. S Ecundo obijcit sic: Ego quaero a vobis xpianis: vtrū christus vester fuerit mittens, vel missus. Si dicatis ꝙ missus: quis vnq; audiuit deum missum ad aliū. q. d. hoc est apertum mendacium. Si autē dicatis ꝙ est mit tens: vos facitis eum mendacem: quia dicit: Ecce ego non sum solus: sed ego & qui misit me pater. Dicendum ꝙ dei fi

Rñsio. lius est mittens & missus. Fuit enim missus in mundum a patre & spiritusancto in sua incarnatione benedicta: sicut superius est de claratum per auctoritatem Esaie. xlviij. c. Et nunc me misit domi nus & spiritus eius. Haec dicit redemptor tuus sanctus israel. Est etiam mittens spiritumsanctum: sicut dicit Ioh. xvj. b. Mittam vo bis spiritumsanctum &c. Circa quod sciendum quod missio ali cuius importat duplicem habitudinem. Vnam ad mittētem, ꝑm quod aliquo missus procedit a mittente. Aliam ad terminum ad quem mittitur ꝑm ꝙ missus est vbi prius non erat: vel est ibi alio modo q̃ prius. Licet autem in diuinis nō sit processus vnius per sonae ad alteram ꝑm motum localem, vel separationem realē: ta men est ibi processus ꝑm originem: quia filius procedit a patre: & spiritussanctus ab vtroq;. Sicut in nobis suo modo verbū intelli gibile procedit a mente: non extra ipsam: sed intra: & sic amor p cedit ab vtroq;. Sic igitur filius & spiritussanctus habent habitu dinem ad mittentem. habent etiam habitudinem ad terminum missionis: non tamen sic intelligendo ꝙ incipiant esse vbi prius non erant simpliciter: quia de necessitate sunt vbiq; per essentiam praesentiam & potentiam: sicut patet Hiere. xxiij. e. Coelum & ter ram ego impleo dicit dominus. Sed sic intelligendo qđ incipiūt esse vbi prius erant. tamen alio modo. Et hoc modo filius dei dici tur missus in mundum a patre: qn̄ incaepit ibi esse vt homo, vbi tamen prius erat vt deus Iohā. j. a. In mundo erat & mundus eum D non cognouit: in propria venit &c. Et sic spūssanctus dr̄ missus apostolis visibiliter: qn̄ super eos apparuit in signo visibili: Nā hoc modo prius nō erat ibi. Et quotidie mittitur inuisibiliter ad sanctificandum creaturam rōnalem: qa incipit ibi esse per gratiā sanctificantem vbi tamen prius erat per essentiam, pn̄tiam & po tentiam. Ad argumentum iudaei patet, ꝙ non est contradictio di cendo ꝙ filius est mittens & missus: quia nō est ꝑm idem.

T Ertio dicit iudaeus: In libro simonis cephae dicit iesus: Ecce sathan studet ad interficiendum me de manu dn̄i & non dabit me in manu sathan. Et ex hoc arguit di cens: quare nō cōfundimini vos christiani dicere istū deum sic loquentē. Dicendū: ꝙ iste falsum accipit. Nā in epl̄is petri aut alibi non inuenit hoc dictū a iesu nazareno. Ta men si hoc dixisset, & factum fuisset: nullū incōueniēs sequeretur. Nam supra declaratū est ꝙ est verus deus & verus hō in vna pso na: ipse vero sicut deus, permisit se inq̃tū hoiem a diabolo tenta ri, & de loco ad locū portari: vt supra dictū est. Et qa pr̄ & spūssan ctus sunt vnus deus cum eo: ideo ab ipsis fuit etiā ista permissio. Item si sathan hoc modo permissus fuisset quaerere qđ iudaeus al legat falso: nullum incōueniens sequeretur. Patet igitur iudaei fal sitas per hoc, ꝙ obiectiones suas in aperto mendacio terminauit: Et sic est finis: deo laus qui est trinus in personis & vnus in essen tia per infinita saecula saeculorum. Amen.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

aa
prima vacat
incipit præfatio
Denarius namq;
Aug. Christus.
hoibus. Vel
bb
Quid igitur
Excluſa eſt
Remiſſæ
Qui traditus.
cc
Vetus homo.
contulit homini
Et bo. i. vtile
Lex em̃ ſpiritus
Q; ſu. filiꝰ dei.
dd
Fratres. Ne
prædixit infidelitatẽ
Præſciuit pro
vobis parcet
ee
Infirmum autem
ficiꝰ dedicata
Scripſi auda.
Vel, Suſcipiatis
habet: q; immu.
ff
illi veſtri iudicatẽ
cauerunt lignum
illos deſignans
quo contaminati
gg
Et vir vxo.
Tanq; non ha.
eſſent: & conſen.
Ne quod offen.
Q̃mpa. exemplo
hh
Ium dum male
quæ oĩno
uerſitatem hanc
Myſteria. Vt
ii
bent noticiam
Q̃mquidẽ per ho.
Euigilate.
Omnes quidem re.
Obſecro
kk
quidem eſt
non generauit
id eſt alieni
Vetera. Omnino
ll
Et altiſſima
Confidentia
non tamen ſm
Supportate
Cædit. i. decſpit
mm
Miror. De
cundum habitare
barnabas iam
quando magicis
nn
nos deus. ſi.
tas vel afflictio
Ex quo arbitrãdum
ſe non dicere
Mihi mundus
oo
empli, vel ratione
propter quod dicit
propter q̃ deponẽ.
eſt. Surge
pp
Quia in nullo
augetur numerus
De cætero
fratres: Illud
dare quicq̃d
qq
illis obſeruantijs
Omne quodcumq;
vt illud im.
poſſemus vo.
rr
Si etiam ſpes
Quas ſuſtinetis
tenet nunc
& cæteris
vtitur vt ſic
ss
Ne increpaueris
Coram omnibus
omnium malo:
Propter quã cãm
tt
por &c. In
reliqui troade
menta abſciderent
dona nobis
Oneſimum
vv
Et ado. Et
me locutus eſt
Et ſpiritusſanctꝰ
Quia ergo. Q.
xx
Pertingens
Qm̃ & ipſe
immutabilis
Operis. Magna
tium neq; finem
yy
In ca. viij. vbi
Non ſine ſanguine
vbi enim. Dixit
Vmbram enim
zz
Patres antiqui per
præcipuam
Circumitu die ſep.
In ca. xi. vbi
tpalium: ſed cha.
AA
Lucas medicus
Promiſſionem
qui ſimul
apoſtolicam
BB
Compuncti. Beda
Deus abraam &
Hic eſt la. Ra.
apſis: qui terrenitate
Apoſtolorum. Nõ
CC
Quis te con. &c.
Tabernaculũ Beda.
Saulus autem erat
Rog. deũ cui patet
DD
totam humanam
Statim recæ. eſt
Qui pertranſijt
cuti. Aliter
ſermum ſuperat
EE
Seditione non
mittere legatos
cio verbi. Adiuua
Cum autem &c.
FF
Non eſt baptiſma
Non ſolum aũt hęc
Pentecoſten. Beda
Deducentibus &c.
& gentem. Cum
GG
De oĩbus qb⁹ accu.
Vt autem iudica
Aſtitit enim. Beda.
opus impediat.
HH
Quoniã a deo tenet
erant: & elemoſyna
modi fidem habeãt
aſpidem in ægypto
Supbis reſi. Malos
II
non cre. &c. quẽ re.
quæ perierat. Et
Rationem. Duobus
te futuri iudicij
KK
Fuerunt &c. Ideo
Voluptatem. Vo.
cælo cognouit tps
In ca. iij. vbi dicit
q̃diu vidimus
LL
Charissimi, di. nos
Deum quem nõui.
Sicut enim pater ha.
cipite: quia
MM
dentes ideo defluũt
tiam reſpectu
uelatio non
Etiam amen. Per
Et habeo. Et
NN
Aquæ præteritũ
eum poſt aperte
veritatẽ vel iuſticiã
abſcon. quia nemo
OO
uerſis in mare
Et fugiet mors
Et vidi aliũ ange.
cleſiam & in ea
rum ſaluat⁹ on.
PP
contraria ſunt
Et vidi & ecce
Nec habent re.
Viæ. i. inſtitutiones
QQ
ſu pulcha quærere
Præſentia eius
malorum &
Et vidi ange.
mes in hocbello
RR
Beati qui la.
Peruertiſtis verba
Potẽtibus & regib⁹
non valeat patet
SS
ſes hadareſſen
effuſionem
dinem iuſticiæ
ſeparata, quæro
Finis.

Supremum & præſtantẽ fere lo[illegible]ũ inter homines hi mihi ſortitos eſſe videtur, lector beniuole: quí omni cura & induſtria o[illegible]rã impẽderũt laborarũtq;: ut nos inferioris gradus hoies, nõ in beſtiales mores degeneremur: ſed ut corpore, ita anim[illegible]noq; eleuati ad humaniores mores, ad bene beateq; uiuendũ: in hac mortaliũ regione procheremur & animaremur. Il[illegible] maiores & pene diuinas gratias meritiſſime habebimus: quí nos cura ſua & diligẽtia, poſtha-bitis fragilibus & [illegible]deuis, ſenſitoris & corporalibus bonis: ad diuinarum rerum cognitionem & amorem ſuis immorta-libus ſcriptis & exc[illegible]pſis im[illegible]uerunt & traduxerunt: & ad æterna cœleſtiaq; bona capeſſenda uiam demonſtrarũt. Nam noſtra hac tempeſt[illegible] complurimí hominꝫ inueniuntur: cum præſtantes, tum eruditiſſimí & eloquentiſſimí: quí magnã ſibi laudem, quí nominis immortalitatem: quí haud ſecus ac ſummum honorem exiſtimant ſibi deberi: ſi poetam quenpiã e uetuſtiſſimis gentilibus q̃ optime interpretentur: & abſtruſas & a chriſtianitate neglectas fabulas in lucem ædiderint, cer-tarintq; ut ex chriſtiana ta[illegible]dẽ paganiſſimí uidean[illegible]ur euaſiſſe. Quibus tamen ego p ſingulari induſtria, laboribusq; ſuis: cum pro iuuentute bo[illegible]bus eloquentiaq; inſtituenda, utiliſſimis: tum pro chriſtianis antiquiſq; doctoribus, etiã elo-quentiſſimis & diſſer[illegible]intelligẽtibus commodiſſimis, & gratias ſemper egi & habui: ſumq; perpetuo acturus & habi turus: Quis putas enim lector amice: diuum Hieronymum, Auguſtinum ſanctiſſimum, Ambroſium beatiſſimũ, ac firmia-num Lactantium: cæteros q̃ uetuſtiores ſine poetis intelligere unq̃ potuiſſet: Propterea multi & maximí noſtro æuo docto-res theologi reperiuntur: quí Hieronymum, quí Auguſtinum, quí Ambroſium, cæteros q; quía miníme intelligunt: negli-gere ac parum penſi habere uidentur. Quod contigiſſe non aliam ob cauſam exiſtimo: q̃ p iuuentutem ſuam: non poetarũ oratorum q; lectionibus: ſed nimiſum uanis garruloſisq; ſophiſmatibus conſummarunt. Sed hæc hactenus. Si ergo quí egre-gios poetas facundiſſime ſunt interpretati, gloriam & honorem promeruerunr: quantũ laudis, qualem immortalis nomi-nis famam: quantum honoris iure promeriti ſunt, quí ſacratiſſimas literas, quí uetus, quí nouum inſtrumentum, facundiſ-ſime ſunt interpretati: Quí prophetas enodarunt: quí abſtruſa quoq; elucidarunt: quí e tenebris ignorantiæ plerasq; iacen-tia in lucem intelligentiæ traduxerunt: quí facillantia & ſcrupuloſa, certiſſima ueritate aſtipulante firmauerunt & ſtabilie-runt: Tandem ergo (ut eo deueniam quo tendebat oratio) ad ſuum felicíſſimũ finem, omnipotente deo adiuuante, auxi-liumq; præſtante: laborum maximis ſudoribus, & incredibilibus pecuniarum expenſis hoc elegantiſſimum & ingentiſſi-mum opus peruenit: continuoq; curſu hæc in requicta & plenis cœleſtibus mercimoniis nauis procellis multis iactata: im-pulſaq;, tranquillo portu fauſtiſſime ſiſtitur. Igitur candide lector: quod tibi in frontiſpicio huius operis fidenter promiſi-mus & addiximus fideliter: iam ſub ipſo fine necum fateare neceſſe erit: neq; incaſſum hoc ingens opus denuo impreſſum eſſe neq; uenditionis titulo in publicum fruſtra eſſe propoſitũ. Ideo ad optimi, maximi & cunctipotentis dei laudem & glo-riam: ad elucidationẽ & expoſitionẽ ſacræ ſcripturæ a deo oĩpotente inſpiratæ: in qua uera ſcietia, & nõ uana felicitas in-uenitur: ad ſtudioſorũ hominũ, quí ſacris literis ac beatificæ theologiæ operã nauant: ſolatiũ & iocunditatẽ, ad ſacratiſſi-mæ matris eccleſiæ, immaculatæ ſponſæ ieſu chriſti decorem: & ſplendorem felicẽ finem hic accipiunt: cum ipſius bibliæ expreſſis emendatiſſime uerbis: quatuor commentaria ſeu gloſſas uocari mauis: uidelicet Gloſſa ordinaria: a multis doctiſ-ſimis uiris potiſſimũ germanis ordinata. Item uenerabilis patris, fratris Nicolai de Lyra cõmentaria ſeu literales expoſi-tiones: Q[illegible]multa abſtruſa loca totius bibliæ, hactenus ferme omnibus incognita & ignorata: hebraica lingua fretus, quã per[illegible]alter Hieronymus, q̃ optime calluit, explanauit & enucleauit. Accedit & tertium aliquorum loco[illegible]um elucida-tiu[illegible]mentariũ reuerendiſſimí domini Burgenſis epiſcopi: iudæi quidem nati, ſed in chriſto renati: non ignorantis nec[illegible]e neq; hebræorũ doctrinæ: Qui tametſi perinde a quibuſdã accuſetur ut temerarius in Nicolai de Lyra labores reprehe[illegible]or: eos tamen aliquando non reprehendendo, ſed ſumma charitate, melius explanando, illuſtrauit: Nihilominus & quartum replicatiuum commentariũ prædictis hic eſt adiunctum: religioſi patris, fratris Matthiæ Toring: quí diſcordã-tes dominũ Burgenſem, & Nicolaum de Lyra benigne & erudite conciliat. His ergo omnibus expletis & emaculatiſſime excuſis: ampliſſimæ, & latis galliarũ campis fere oĩm ciuitatum digniſſime Lugduñ. inclytam & immortalẽ famam: non ſolum quía latiſſime rhodano inter[illegible]abentis, & fœcũdiſſimæ glebæ, aeriſq; temperie plurimũ inſignis, laudemus: & gloria quãtum poſſumus attollamus: Sed quía talis egregios & clariſſimos ciues, Simonẽ cognomẽto Vincent: Iacobũ ziunta: Luxẽbourc cognometo de gabiano: & Iohannẽ cognomẽto Mareſchal: nutrit & educat: quí tam excellentiſſima opera, ingentiſſimis expenſis & laboribus ſummis, in benedicto ieſu chriſti nomine, & orditi ſunt, & fœliciſſime finierũt. Quo charactere & q̃ ordinatiſſime, lector, oculis tuis iudicium eſto. Optime uale: quícunq; non liuidus, ſed beniuole legis.

Pars ſexta Bibliæ ſacræ, cũ gloſa ordinaria & interlineari, concordãtiiſq; ſacrorum canonũ, vna cũ poſtillis, additionibus, ac replicis, venerabilium patrum Nicolai de Lyra brabantini: Pauli hiſpani Burgenſis epiſcopi: & Matthiæ Thoring Saxonis explicit: Lugduni impreſſa in ædibus honeſti viri Ioannis mareſchal artis impreſſoriæ peritiſſimi. Anno ſalutis. M. D. XXIX. Die vero. xix. Iulii.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de
Biblioteca